




H T


GAUDEO.





DIARIVM
VEL
Descriptio laboriosissimi, & Molestissimi Itineris, facti à

GVILIELMO CORNELII SCHOVTENIO, HORNANO.


Annis 1615. 1616. & 1617.

Cum à parte Australi freti Magellanici, novum ductum, aut fretum, in Magnum Mare Australe detexit, totumq; Orbem terrarum circumnavigavit.

Quas Insulas, & regiones, & populos viderit, & quæ pericula subierit.



AMSTERDAMI, Apud *Petrum Kærium*. Aº. 1619.



Amplissimis, Prudentissimis, Ornatissimis D D. Domino *Prætori, Consulibus, Scabinis, Rectoribus Famosissimæ Urbis Maritimæ,* HORNÆ.



AMplissimi Domini, viri Prudentes: Nemo est hoc seculo, qui contradicat, quin iamdudum adimpletum, quod Deus fluminis *Vechtæ* prędixerat Nymphis Amsterodamensibus in ripâ fluminis cum quievissent: his pænè verbis. Sub Auspicio Mauritij Principis Auransiæ, Hollandus & Zeelandus famâm nominjs sui pandent per universum orbem, & gloriam immensam usque ad syaera extollent: tunc arte Neptuniâ omnes gentes Neptunicolas superabunt, omnes portus & stationes invisent. Istæ ipsis erunt artes agitare cærulea freta, & dominari *Mari*, freno superbo coercere tumidum Oceanum: constringere rebelle lupatum oribus ventorum: & fremitum fluctuum profunditatem non habentium contemnere.

Profecto *Batavorum Classes*, quod navigationes aliarum gentium famisissimas longè superent, æmuli etiam gloriosissimi felicitatis nostræ secundæ, exclamare coguntur pleno ore: imo rumpi illis videntur ilia, quod jamdudum eorum nomina neglecta, fama nostrorum indomita, vinculjs nullis valeat coerceri. An *Horna* vero encomijs marinæ navigationjs unum pedem vicinis civitatibus, scilicet *Amsterodamo*, *Enchusæ*, *Rotterdamo*, aut *Middelburgo* cedat, judicium sit penes saniores: Iactant quidem satis superbè suos, *Hemskerckium*, *Linschotum*, *Oliverium à Noort*, & *Georgium Speilbergum*, merito prodens etiam *Schoutenium*; licet quasi buccinâ suas laudes decantent, non erit indecorum si & *Horna* insonet *Cornu* aureo, ut ab exiguo, in Magnum

Mare Auſtrale exaudiatur ſonitus, quod fretum hoc *le Maire* omnibus hominibus incognitum antea detexerit. Certè unanimiter *Sirenes Noort-Hollandiæ* jubilant, *Hornam* hoc aureum Indiæ unicoru repperiſſe. Cum vero *Diarium* hoc nauticum in manus meas incidiſſet, itineris hujus admirandi, per non notam regionem mundi, in Magnum Auſtrale Mare, à cive & Incolâ veſtro *Guilielmo Cornelij*, *Schoutenio*: at maximè de hoc itinere inter mænia veſtra actum & concluſum, & ſumptibus civium veſtrorum omnes apparatus inſtituti ſint & abſoluti. Iure fructus omnes iſtj quaſi ex communi fonte, redundantes in publicum, adſcribi debent æternam in laudem veſtræ Vrbi: quare voluj hæc toto mundo exhibere, & vobis Ornatiſſimis Viris, eximiâ quadam benevolentiâ animi prorſus, dedicare & offerre. Actum Amſterodami: duodecimo die Octobris: Anno milleſimo, ſexcenteſimo decimo octavo.

Vobis addictiſſimus,

GUILIELMVS IANSONIUS.

PRÆFATIO
Ad Lectorem Benevolum.



Vm certo Dominorum Ordinum Generalium, Unitarum Provinciarum mandato quodam, Mercatoribus omnibus, ac Incolis Provinciarum esset interdictum (Societatis vero Præfectis Orientalis Indiæ *permissum) Orientalem partem promontorij* Bonæ Spei, *navigare Orientem versus, vel per Magellanicum fretum, versus Occidentem, in* Indiam, *aut incognitas alias terras, aut cognitas. De tanto negotio consultum & agitatum est, inter* Isaacum le Maire, *famosum Mercatorem Amsterodamensem, Egmondæ viventem, exteris negotiationibus, & longinquis prorsus addictum: &* Guilielmum Schoutenium, Hornanum *(navigationibus varijs exercitatum, & celebrem, cum ter jam in Indiam Orientalem, omnesque regiones circumjacentes, ut Nauclerus, Proreta, & Mercator visitarat) maximè ardentem desiderio novas Regiones, detegendi, an aliâ quadam viâ, in* Australe Mare Magnum *navigari, salvo DD. Ordinum mandato, ibiq; Regiones latæ, omnibusq; divitijs redundantes, navesq; varijs mercibus, & preciosis possint onerari. De ijs astruere quid certi videbatur* Isaacus le Maire, *si vero laboriosum hoc iter susceptum non ex voto succederet, per*

mare magnum Auſtrale, *curreretur in Indiam Orientalem, omnium participantium commodo maximo. Sic tandem inter eos res tranſacta eſt, ut Auſtralem partem mundi incognitam luſtrarent, à regione Meridionali Freti Magellanici ſitam, de quâ non nihil conſtabat utrique, ex circumſtantijs varijs notatis ab alijs qui prope Magellanicum fretum, idem tentarant diverſis temporibus. Hinc inter eos convenit, ut aggrederentur hoc opus laude dignum,* Iſaacus le Maire *mediam*, Cornelius Schoutenius, *vero alteram partem ſumptuum neceſſariorum ſuppeditaret, communi Amicorum, & fautorum quodam auxilio. Provincia tandem harum rerum tota, à* Cornelio Schoutenio *eſt ſuſcepta, cumq; ei hæc curæ fuerunt, aſcivit ſibi hos ſuos Cives: virum Conſularem* Petrum Clements Brouvver, Iohannem Iohannidis Molenvverf, *Scabinum*: Iohannem Clementis Kies, *qui Urbi eſt à Secretis, &* Cornelium Segerts, *qui & in numerum* Præfectorum, *cum* Guilielmo Schoutenio, Iſaaco le Maire, *&* Iacobo le Maire, *Iſaaci filio, aſciti ſunt: breviq; temporis ſpatio, tantum pecuniæ collegerunt, quantũ judicabant opus eſſe huic apparatuj: ita tamen ut nemini de itinere hoc ſuſcepto quicquam aperierint, conſtabat tantum ipſis Præfectis. Ut autem commodè, & rectè hæc fierent præpararunt, & fecerunt magnam Navim cum* Celoce *illa dicebatur* Concordia, *cen-*

tum

tum & octoginta onerum nauticorum, cui erat Nau-clerus Guilielmus Cornelij Schoutenius, *&* Moderator Summus, Iacobus le Maire: *quæ instructa erat hominibus sexaginta quinque, novemdecim tormentis majoribus, duodecim minoribus, at sclopis majoribus quampluri mis, alijsq; instrumentis bellicis; imo in Navis usum, fuit adjuncta Scapha velifera, cum Cymbâ, lembo, & lintre: optimè etiam prospectum de Anchoris, rudentibus, velis, rebusq; omnibus nauticis. Hæc appellata fuit* Horna, *onerum navalium quinquaginta quinque, cui Magister constitutus est*, Iohannes Cornelij Schoutenius *Moderator vero* Andreas Nicolai, *instructa viris viginti duobus, octo tormentis majoribus, quatuor minoribus, & reliquis necessarijs ad bellum navale. At cum nemini quicquam de statuto significatum esset, omnes socios navales, & Præfectus eâ conditione conscripserunt, ut non deessent muneri suo, cum Nauclerus, cum Moderatori bus præiret, hinc varia fuit apud plebem de Navibus hisce, & de itinere opinio: tandem Aurilatrices quasi nomine quodam ficto dicebantur, at Præfecti collegium suum dixere* Australis Societatis *conventum. Decimo sexto May, navibus paratis, anno millesimo sexcentesimo decimo quinto, delectus habitus omnium sociorum navalium, præsente Domino Prætore, omnibusque Scabinis, at vigesimo quinto die Navis* Concordia.

Hornam

Hornam reliquit, vigesimo septimo Texeliam *appulit.* Celox *subsequitur tertio Iunij, postridie anchoram figens in Ostio maris : quicquid toto præterea hoc itinere ipsis acciderit, narratur candidè sequenti hac enarratione, conscripta ab ijs qui oculati testes fuerunt, & muneribus publicis honorificè sunt functi.* Valete.

DIARIVM

Aut

Descriptio Molestissimi, & Periculosissimi itineris,

absoluti à

GVILIELMO CORNELII SCHOVTENIO, HORNANO.

Annis, millesimo sexcentesimo, decimo quinto, decimo sexto, & decimo septimo.

Qui à Regione Australi freti Magellanici, novum ductum, aut fretum, in mare magnum Australe detexit, totumque terrarum Orbem circumnavigavit.



Die 14. Iunij, Sole Occidente, Texeliâ solvimus, eò ostio, quod nobis linguâ vernaculà *'t Lantdiep* dicitur. *Anno 1615.*

Die 16. Sole orto apparuit nobis *Duynkercka*, ferebamur eo die, vi maris refluentis, & cælo sereno, in Strictum, quod nobis *de hoofden* dicitur.

Die 17. Ventus adversus compulit nos anchoram po-

nere

1615. nere loco nobis *Duyns* dicto, quo Præfectus navis Guili-
Iunius. elmus Cornelij Schoutenjus se terræ commisit, Doveriumque versus se contulit, ibique balistarium conduxit, qui decimon-ono mensis prædicti die, navim nostram conscendit, cum socijs navalibus, de aquâ sibi recenti prospicientibus.

Die 19. Circiter meridiem levatur anchora, at circiter vesperam salutant nos nonnullæ Naves nobis occurrentes, juxta locum nostrâ linguâ de *Singels* dictum; classis erat navium Hollandicarum sale onustarum.

Die 21. Tempestas nos afflixit ab *Africo*, quæ & perduravit insequentem diē, quare cursum nostrū deflecximus, & anchorā stitimus in *Wicht*, at die vigesimo septimo, circiter meridiem illabimur *Pleymudam*, hic conduxit noster Nauclerus fabrum lignarium Medenblicensem.

Die 28. Sub auroram relicta est *Pleymuda*, vento *Cæcia* flante.

Die 29. Cælum nobis placebat serenum; quare & Nauclerus, & Moderator Navis Celocis, (quæ linguâ Belgicâ de *Iacht* dicitur) nos accedunt, mox in Senatu nautico constitutum, ut singulis socijs navalibus certâ quadam mensurâ, & pondere partitio cibi & potus traderetur, quâ longo hoc itinere victitarent.

Iulius. Die 4. Ex decreto Senatus nautici, prima portio socijs navalibus distribuitur, scilicet: unicuique viro una amphora cerevisia singulis diebus, quatuor libræ panis, semi libra butyri (at eo excepto quod liquefit) in hebdomadam, & quinque casej in totum iter.

Die 8. Sub altitudine Poli triginta novem graduum, viginti quinque minutorum iuxta *Barrels*, fatis cessit noster faber lignarjus minor *Celocis*, cum vix biduum decubuisset.

Die 9. & decimo. Ventus flabat à Septentrione, hinc

Arcta-

Arctapeliotes, cursus erat vehemens, ita ut die undecima 1619.
sub aspectum ceciderint, *Porto Santo*, & *Madera*, superavi- *Iulius*.
musque eas à parte Orientali.

Die 12. Summo manè apparuit *Salvages*, reliquimus illud à sinistris, cum à nobis distaret duo miliaria.

Die 13. Apparuere nobis Sole orto Insulæ *Tenerifa*, & magnæ *Canariæ*, sub meridiem per mediū earum labimur, vehementi Aquilone agitati, & progressu felicissimo.

Intra decimum quartum & quintum, eodem vento impulsore, & progressu, superavimus *Tropicum Cancri*.

Die 16. Summo manè, flante *Boreâ*, fluctus erant vehementiores, Scapha quæ magnæ navi erat alligata, undis replebatur, & rudentes abrumpebantur, ita ut perierit nobis, quæ sine ullo periculo, *Horna* nos erat subsequuta. Ipso in prandio Poli erat altitudo viginti graduum, triginta minutorum.

Die decimo septimo, & octavo Sudum erat, & progressus non improbandus, flabat à Septentrione Æolus, cui successit Phænix, illi Caurus, iter dirigitur in Mesolibonoton, postea in Meridiem: die vero decimo nono, sub prandium, altitudo erat Poli quatuordecim graduum, quadraginta quinque minutorum.

Die 20. Sub Auroram, incidimus in *Cabo Verde*, à parte Septentrionali, à vado distantes ulnas octo, antequam regio ipsa appareret nobis, legitur à nostris littus, Sole jam orto, conspicitur Promontorium ipsum in Hypafricum, ita ut Phænice duce superari non posset, quare jacta anchora juxta ipsam regionem, ad ulnas triginta duas. Subsequenti nocte Æolus nobis erat molestus, nec deerat tonitru, cum pluvia.

Die 21. Manè flabat Euronotus, at de die varius erat ventus, attamen vela data ei, cursus erat in altum, primum in Mesargesten, hinc in Caurum, at superata sunt tantum

 miliaria

1615. miliaria sex toto isto die.

Iunius. Die 22. Totum diem ferebamur malaciâ, demissis velis, & sepositis: *Cabo Verde* aberat à nobis in Orientem, sub vesperam conspicitur Navis à socijs in Meridiem, cursus ejus erat in *Caurum*.

Die 23. Sole Oriente, flabat à Meridie ventus, ut superari non posset promontorium, quare & anchora posita, jubente fluxu maris; sub prandium vela fecimus, flante Æolo àb Occidente, sic superatur, at sub vesperam anchora demissa juxta secundam Insulam, statione justâ, ad ulnas decem, vado arenoso.

Die 24. Pluvia erat molesta nobis, præparabant tamen se socij omnes, ut aquas recentes sibi compararent.

Die 25. *Alkayer* (qui incolis est *Gubernator*) navem nostram conscendit, cum quo inter nos convenit, ut virgis octo ferrejs dono datis, utraque navis sibi de aquâ prospiceret.

Die 26. Pluviosum, & nebulosum erat coelum, Navis quædam e mari elapsa, posuit anchoram à nobis duo miliaria, Navigium erat actuarium Rotterodamense, visitans oras istas, ut negotiationem exerceret cum Incolis istarum regionum.

Die 28. & vigesimo nono, Prospectum nobis est de aquâ, *Celox* vero vela dabat ventjs, anchoramque posuit in sinu quodam, *Refresco* dicto, juxta Rotterodamensem, ut inquireret num limones adipisceretur, at sub vesperam redit, cum nihil impetrasset.

Die 31. *Gallus* quidam e mari elabitur, anchoramque demisit in statione nostrâ. Eadem nocte Æthiopem quendam apud nos detinueramus, ut monstraret nobis locum piscatuj idoneum, at socij Sagenâ terram eiu petiissent, tantam copiam piscium omnis generis ceperunt, ut ambabus navibus biduum de alimento prospectum esset.

Augusti

Augusti Calendis, summo manè vela facimus, à *Cabo Verde*, sociâ navi actuariâ Rotterodamensi, at sub meridiem nos reliquit, cursum diriges suum, in salis insulas. Totum diem civilem fruebamur cælo sereno, ventoque favorabili à Septentrione, erat cursus in Africum. 1615. *Augustus*

Die 2. Cæli statusnon erat mutatus, nec ventus stationem suam mutarat: nacti eramus in *cabo Verde* in usum nostrum duo pecora, scilicet parvum vitulum, & Hircum, qui eo die mactationi destinabantur, sufficiebantque nobis in biduum pro ambabus navibus.

Die 3. Ventus cœperat deficere, de nocte coelum erat serenum, de die obscurum, cum tonitru, pluviâ, & fulgure.

Die 4. In prandio poli erat altitudo duodecim gradûum, duodecim minutorum: Totus dies civilis erat serenus, nec deerat ventus gratus, processus placebat omnibus, ut & quinto.

Die septimo, octavo & nono: pluvia vehemens erat molesta, at ventus amicus non deserebat nos, & progressus non improbandus.

Die 10. Cælum non mutarat statum, at ventus non erat vehemens: de nocte conspectum à vigile in prorâ est velum, navigiolum videbatur Hispanicum actuarium.

Die 15. Ventus erat impetuosior, nec displicebat progressus, & aer placebat. Apparverunt nobis quamplurimæ *Rabos Forcados*, aves ita dictæ, captusque à nostris piscatoribus est *Dorado* unus.

Die 16. Inter prandendum, poli erat altitudo septem graduum, quadraginta minutorum, cælo sudo, & vento prospero, ut antea.

1615. Augustus. Die 17. Sub Meridiem poli erat altitudo ſeptem graduum, & duodecim minutorum: cælo placido, & vento optabili, ab Africo, eo die ſocij ceperunt multas *Bonitas*, & medias *Corettas*.

Die 18. & decimo nono. Ventus adverſus non placebat, quare inter Rectores actum eſt, de mutatione curſus in *Sierram Liona*, ut iſtic nos reficeremus, cum in ſocios noſtros navales ingrueret morbus iſte *Scorbutus* & ventus quotidie eſſet contrarius: jam & elapſum erat tempus, ut commodè linea Æquinoctialis poſſit ſuperari, nec ex ſententiâ noſtrâ nobis de omnibus neceſſarijs erat proſpectum in *Cabo Verde*. Hic dies civilis erat ſerenus, & ventus fervidior paululo: Inter prandendum altitudo erat Poli ſeptem graduum, quinquaginta quinque minutorum.

Morbus scorbutus.

Die 20. Cum pranſum itur, altitudo erat Poli ſeptem graduum, viginti quinque minutorum: cælo non turbido, & vento ſatis vehementi, à Meridie: curſus erat in Orientem, & Meſocæciam; conſpiciebantur à noſtris quam plurimæ aves terreſtres, & aquarum mutationes. Sub veſperam bolis ejicitur, vadum attingitur ad ulnas triginta arenoſum: ad terram acceſſeramus pænè, cum judicabatur à nonnullis nos adhuc abeſſe miliaribus quadraginta. poſita eſt de nocte anchora ad ulnas ſexdecim, appuleramuſque oram Occidentalem *Baixos Divæ Annæ*.

Die 21. Solè jam orto vela fecimus, appaituitque paulo poſt Regio alta *Sierræ Lionæ* in Meſoborçam, aberat à nobis miliaria ſex; ſe prodebant etiam Inſulæ *Mabra Bombæ* dictæ, ſitæ à parte Meridionali regionis montanæ *Sierræ Lionæ*, at à parte Septentrionali de *Baixos* divæ *Annæ*.

Hæc *Sierra Liona*, regio eſt alta, ita ut omnes ſuper intra *Cabo verde*, & oras Guineæ, quare & facile ab omnibus nautis cognoſcitur. Dabatur eo die inſignis opera, u

Sierræ Lionæ situs.

terran

terram conscenderemus; sed fluxus maris nobis adversus, 1615.
impediebat; cursus erat ad littus, etiam per *Baixos* divæ *Augustus.*
Annæ ad ulnas decem, novem, octo, septem, & quinque, cum ibatur in Septentrionem profunditas erat major, at in Orientem, minor: ita ut sub vesperam anchora jacta pleno mari, ad ulnas quatuor & semi, vado molli: at de nocte mari vacuo vadum erat ad ulnas tres & semi, at cæli serenitas nobis placebat.

Die 22. Nauclerus noster Guilielmus Schoutenjus sub Auroram petijt *Celocem*, cujus velis expansis, præivit, nos magnâ navi sequimur, vento *Cauro* flante, ibamus in Aquilonem; mari tamen refluo; ita superavimus *Baixos* divæ *Annæ*, usque ad ulnas octodecim: appulimusque insulas *Mabrabomba*, quæ se altè erigunt, & tres numero in ordinem sitæ, in Circium, & Boream, distantes à promontorio Meridionali *Sierræ Lionæ* miliare semi in mari: ibi nacti sumus aquam quietam, ad ulnas quatuor aut quinque, vado cænoso, æquali: anchora jacta cum distabamus unum miliare à terrâ, adnavigavimus scaphâ, at inhabitatam deprehendimus, tamen apparuere vestigia quamplurima armentorum, terra erat inculta planè, desertis abundans, locisque palustribus, montibusque excelsissimis.

Die 23 Sole jam orto *Summus moderator* (qui nobis Belgis *Opperkoopman*) *Iacobus le Maire*, Celoci se commisit, expositis inde duabus Scaphis in terram properat, incidit in flumen cui objecti erant scopuli nonnulli, ita ut naves nullas admitteret, at superatis pulvinis istis, latum satis erat & profundum, ita ut varios cursus etiam admitteret, nullos homines istic deprehendit, at tres Boves Sylvestres, & greges Simiarum caudatarum, etiam aves latrantes ut canes: æstu maris propitio ferebantur in flumine ad miliaria tria, raritas istic erat Sylvestrium Palmitarum,

Boves sylvestres. Simiæ caudatæ. Aves latrantes ut canes.

sub

1615. sub vesperam redeunt, signum nullum adferentes terram
Augustus esse habitatam, imo ne fructus quidem adferebant, qui usui esse possint, nec viderant.

Die 24. Ambæ Scaphæ in terram properabant, ut homines & fructus reficendi gratiâ quærerent, at diversis fluminibus. *Andreas Nicolaides* moderator Celocis, cum vicario quodam, hoc flumen invisit: *Nicolaus Iohannides Ban*, cum vicario Nauclero aliud, superaruntque ambo quinque miliaria, per campos, & solitudines oberrantes, at vigesimo quinto, summo mane ad nos redeunt. Moderator Celocis illapsus erat flumen salsum, nihilque præstitit, adferebat tantum quinque aut sex Sylvestres Palmitas: at *Nicolaus Ban*, intrarat flumen dulce, quo planitiem deprehenderat, ornatam octo aut novem limonibus, quibus concussis, abstulerunt septingenta & quinquaginta mala Hesperia, pæne matura, ita ut non facile putredinem contraherent: conspexerant etiam testudines multas, & nonnullos Crocodilos, at homines nullos.

flumen salsum.

Crocodili.

Conclusum erat in Senatu nautico, ut tentaremus num liceret intrare ambabus navibus flumen dulce, ut nobis de aquâ recenti & malis Hesperijs prospiceremus, vela facimus, at vadum non permisit, quare jacta est anchora ad ulnas sex: Celox etiam vela collegit, & stitit se ante flumen, ad ostium inferius, at unda marina erat quietior propter objectum *Baixos* divæ *Annæ*. *Moderator Summus, Iacobus le Maire*: & *Andreas Nicolai* Moderator Celocis, scaphâ illapsi sunt in flumen, cælo pluvioso.

Die 26. Æolus iracundior flabat Circio, ut nihil velificando proficeremus, at *Celox* properabat ad Meridionale promontorium Sinus, qui patet miliaria quinque.

Die 27. Orto Sole levatur anchora, ut Celocem sequeremur, at circiter Meridiem, scapha Celocis, cum Summo Moderatore, *Iacobo le Maire* nos accessit, attulitque nobis

nobis mille quadringenta mala Hesperia, quæ nactus erat in campis juxta ripam fluminis, at homines non deprehenderat. Sub vesperam adjunximus nos Celoci, anchoraque demissa ad ulnas tres & semi, vado tuto. 1615. *augustus*

Die 28. Noster Rector, duabus scaphis in flumen properat cujus ostium videbamus eminus, at sub vesperam redit, narrat locum ascensui aptum non deprehendisse, imo ne vestigia quidem humana: at fortè Bubalum unum, cum vitulo errantem viderat, præterea nihil nisi loca palustria, & arbores in aquâ salsâ virentes.

Die 29. Cum deprehendissemus nos aberrasse à vero flumine *Sierræ Lionæ*, concludebatur inter Præfectos summo manè vela inde facere, & cursum dirigere in oram Septentrionalem Terræ altæ, circiter meridiem superavimus insulas *Mabrobomba*, à parte Occidentali, in Terram altam currendo in partem Borealem, ad ulnas duodecim, & quindecim juxta littus, at sub vesperam promontorium superatur, ibique anchora demittitur ad ulnas quindecim.

Die 30. Sub Auroram levatur Anchora, ferebamur æstu maris, & vento Meridionali ante pagum ipsum, justâ statione *Sierræ Lionæ*, jactaque anchora ad ulnas octo, vado arenoso, distantes jactũ unum sclopi majoris à littore, apparebant nobis octo aut novẽ Casæ humiles, stramine tectæ. Incolæ Æthiopes suâ linguâ vocabant, ut scaphã demitteremus, ut ad navim nostrã deferrentur, cum usu *Canoarum* careant, demittitur Scapha, in littus navigat, redit onustâ quinque Incolis, unus ex istis erat interpres, qui obsides petebat, eâ de causâ, quod Galli nuper duos cives eorum abduxerant vi. Andreas Nicolaj, qui se etiam terræ commiserat, obses designatus est, nonnullaq; Corallia secum adduxerat, quibus eo meridie mutabat septingenta mala Hesperia, pænè matura, duosque fasciculos Bananarum, pænè etiam molles. Variâ linguâ utebatur Interpres iste. Socij navales cum totus iste dies civilis esset

 serenus,

1615. augustus

ſerenus de ſuo negotio cogitant, de aquâ recenti ſcilicet, quæ exiguo labore iſtic comparatur, quod & ſemel eo die tentarunt, labitur à montibus uſque in ipſam ſtationem, ita ut vaſcula tantum detinebantur ſub aquæductu, & repleta deferebantur ad ſcapham, optimi erat ſaporis aqua iſta montana.

Die 31. Omnia vaſa adimpleta ſunt, at ſummo manè *Iacobus le Maire*, Andreas Nicolajdes: Nicoleos Iohannis Ban, omneſque Aſſeſſores, ſe littori commiſerunt, mutantes eo die ut conjectura licuit nobis aſſequi, viginti quinque milia mala Heſperia, paucis Corallijs, & vilioribus Nureburgenſium cultellis, tanta profecta erat iſtic abundātia, ut ſi animus nobis fuiſſet, centum milia permutaſſemus, omnes enim ſylva circum circa affluebant. Sub veſperam cum à piſcatu Æthiopes redirent magnam copiam piſcium ab ijs mutabamus.

Mala Hesperia in maxima copia

September.

Septembris Calendis, prandio abſoluto, anchora tollitur, æſtus maris nos deferebat, cælo ſereno, vento compoſito, ſub veſperam collecta iterum vela, ante Oceani os, juxta flumen exiguum.

Die 2. Sole Oriente, Celox in littus properat, pleno mari, ut expurgaretur à ſordibus, cum commoda iſtic ſe occaſio offerret, cum fluxus & refluxus maris differant pedes ſeptem. Sub veſperam noſtri Navem accedunt, adferuntque animalculum quoddam albo colore tinctum *Antilop*, quod in ſylvâ deprehenderant dependens ex laqueo ab Incolis conſtituto. Etiam mala nonnulla Heſperia ferebant, ſub noctem ſcapha piſcatum abit, felix erat piſcatus, etiam nonnullas Palmitas, in ſylvis abſciſſas adducunt.

Drta fluxus et refluxus.

Antilop aial.

Die 3. Prandio abſoluto *Celox* à ſordibus expurgata à littore redit: Nauclerus etiam piſcatum abit, cujus etiam piſcatio fuit feliciſſima: forma piſcium erat qualis eſt

calce-

alceariorum cultellorum. At socij de lucro suo solliciti, quisquis sibi comparabat centum & quinquaginta mala hesperia. 1615. Septēber

Die 4. Orto Sole, educuntur Anchoræ, vela pandun- ur ventis, deseritur *Sierra Liona*, vento languido: at sub vesperam demittuntur iterum anchoræ, ita jubente vento adverso, vado tuto ad ulnas quatuordecim.

Die 5. Primo quadrante subducuntur anchoræ, & vela soluta licet malacia esset molesta, at tertio quadrante, iterū anchora posita, vado arenoso, ad ulnas quatuordecim.

Die 6. Primo quadrante vela facimus, at ventus adversus jussit sistere cursum, ad ulnas viginti duas, vado sabuloso: Nondum reliqueramus *Sierra Liona*, montes enim à nostris longè adhuc conspiciebantur, at fluxus hic erant maris vehementes. fluxus vehementes.

Die 9. Iterum vela explicantur, cælo placido: at horâ sextâ vespertinâ, vento adverso ita mandante, anchora demittitur, vado arenoso, ad ulnas triginta duas.

Die 10. Primo quadrante, navigabatur Africo flante, at cum in prādio serenitas esset molesta, anchoræ minores demissæ: Paulo post cæpit invalescere ventus, tolluntur anchoræ leviores, quæ ob malaciam tertio quadrante iterum merguntur, ad ulnas viginti novem. Ultimo quadrante invaluit ventus, anchoræ educuntur: at laboribus istis devoratis omnibusque tædijs, nihil proficitur.

Die 11. Navigatum est, at secundo quadrante quievit Rector, ita jubente malaciâ: æstus maris hic vergebat in Septentrionem. Paulo post iterum anchora educitur, cum spes immineret venti, ac rursus destitit flare, cælumque obducebatur nubibus.

Die 12. In prandio erat Poli altitudo novem graduum, viginti minutorum, sub vesperam demissa anchora ad ulnas septendecim.

1615. September Die decimo tertio, & quarto, ſerenitas aeris nobis diſplicuit, cælo obducto.

Die 15. Sole orto levabatur anchora, velumque explicatum vento Coro flāte toto die civili moleſta erat nobis pluvia, & *Celox* nebulâ craſſâ à nobis aberrarat, quare bis tormentum fuſile diſploſum, ab utroque latere, at circiter decimam ad nos redijt.

Die 16. Ventus erat varius, anchora jacta ad ulnas viginti quinque. Hic etiam totus dies civilis nobis cum pluviâ elapſus eſt, nec deerat ventus vehementior, unda nec minus petulans.

Die 18. Inter prandendum navigabatur, at *Celox* rudentem cum anchorâ amiſit inter extollendum cum ſtaret erecta: ventus erat ſolito vehementior, nec fluctus à petulantiâ diſtiterant.

Die 19. Sole orto cum planè adhuc contrarius eſſet ventus, & prorſus laboribus marinjs defatigati, continujs tempeſtatibus & pluvijs, decretum inter nos reverti in *Sierram Lionam*, reficiendi gratiâ, & de aquis proſpiciendi: at abſoluto prandio ventus mutarat ſtationem in meliorem, flabat enim *Caurus*, quare curſus iterum directus in Meridiem, ut felicius iter abſolveretur.

Die 20. Furorem remiſerat Ventus, ſed erat ſecundus nobis, ibatur in Meridiem: in prandio poli erat altitudo octo graduum, triginta minutorum.

Die 21. Et reliquo toto menſe inconſtantia Venti nos vexabat, cū malacia, nec deerat quotidie pluvia vehemens: trigeſimo die altitudo erat Poli quinque graduum.

October. Octobris menſis initio, varij venti erant moleſti, nonnumquam malaciæ, at pluviæ ita continuæ, ut totos dies & noctes continuarent.

Die 5 Altitudo erat Polaris quatuor graduū, viginti ſeptē minutorū. Sub meridiē inſolitus exaudiebatur fragor juxta proram,

prorã, ut Nauclerus, qui fortè hærebat in ambulacro navis, judicabat quẽ ex socijs e navi, aut antẽnâ in mare se præcipitare, at cũ oculos ad latera deflecteret, vidit Mare totum sanguine tinctum, quasi copia sanguinis esset effusa, quod merito mirabatur, ignorans quidnã esset, at postea cõpertum magnũ cornutũ piscem, aut monstrũ quoddã marinũ cornu inflixisse violentiâ quadã satis vehementi: nam cum appelleremus in *Porto Desire*, navisq; in littus subducta esset, ut expurgaretur à sordibus, deprehensum est in latere, septimo pede sub aquâ cornu vi adactũ, forma referens finem dentis Elephantis, nõ excavati, sed integri, materiâ forti & crassâ, transieratque tria navis tegumenta, scilicet per duas crassas tabulas abiegnas, unamq; querceam, usque in costã unam, ubi se ictus stitit, nostro profecto bono: nam si per tabulas transadegisset, foramen non exiguum effecisset, & nos, nostraq; omnia periculo exposita fuissent naufragij Hoc cornu altitudinem semi pedis vincebat, prominentia vero erat minor, ubi vi abruptum erat maximâ: hinc ista sanguinis effusio per mare. 1615. October. Mare sanguine tinctum. Piscis cornutus

Die sexto, septimo, & octavo: Cæli status erat varjus, pluviosus: octavo die, nobis erat molesta pluvia, & de nocte.

Subsequentibus diebus venti à Meridie flabant adversi, & varij.

Die 15. Altitudo tentata Poli duorum graduum, & triginta quinque minutorum: Inciderunt eo die in retia nostra quadraginta *Bonitæ*. Bonitę Pisces.

Die 16. Altitudo Poli erat unius gradus, quadraginta quinque minutorũ: eo die & piscatus non fuit infelix, unda nõ lasciviebat, conspiciebãtur à socijs quãplurimę Balęnę. Balęnę

Intra decimũ nonum & vigesimum diem, circiter medium noctis superavimus *Lineam Aequinoctialem*.

Vulturnus, & Euronotus quotidie nos affligebant, usque in vigesimum quartũ diem, tunc adoritur nos Eurus,

 ibatur

1615. ibatur in Meridiem, ita sæviebat Neptunus, ut dolonem in
October. frusta abruperit. In prandio Poli erat altitudo trium graduum, quadraginta trium minutorum, à parte Meridionali lineæ Æquinoctialis.

Die 25. Ventus non mutabat stationem, neque nos cursum: In hoc tempus navigatum erat, inscijs omnibus socijs navalibus quonam iretur, constabat tantum Nauclero nostro, Guilielmo Cornelij Schoutenio, & Summo moderatori *Iacobo le Maire:* eâ horâ nobis omnibus indicabatur quonam iter hoc nostrum esset institutum, scilicet ut inquireretur per aliam viam, quam per fretum Magellanicũ, ductus in mare Australe, quo novæ regiones aliquot detegerentur, quibus divitiarum omnium abundãtia afflueret, commodoque nostro cederet, at si ex sententiâ res nõ succederet, se cogitare per mare Australe, excurrere in Indiam Orientalem. His in medium adductis, & expositis cepit omnes socios navales ingens gaudium, cum constaret iam omnibus quo ducerentur, sperantes ex felici successu tam molesti itineris, adipisci ea quæ perpetuæ utilitati esse possint.

Intentio Navigandi indicatur alijs socijs navalibus.

Die 26. Circiter meridiem, poli erat altitudo sex graduum, viginti quinque minutorum, cœlo sereno, ventoq; favorabili. Subsequentibus diebus mensis Octobris, flabat ventus ab Oriente, & ab Arctapeliote; iter erat maximè in Meridiem: pridie calendarum Novembrium erat Poli altitudo decem graduum, triginta minutorum.

Novẽber Calendis Novembris sublabimur Solem, ita ut ipso meridie nos à Septentrione aspiceret.

Die 3. Poli erat elevatio novendecim graduum, viginti minutorum, incidebant in nos nonnullæ nigrę aves, & duo vel tres lari marini: at post meridiem apparuit nobis una Insularum *Martinj Vaes*, dicta *Ascension*, dissita à nobis in Meseurum, sub altitudine viginti graduum: Comperimus

mus hic accreſcentem in Arctapelioten deflexionem pyxidis nauticæ duodecim gradus. Ventus flabat continuo à Septentrione, hinc Aquilo dominabatur, ut ſuperioribus diebus, iter noſtrum erat in Meridiem.

1615. Novēber. Deflexio Pixidis nauticæ.

Eo die duplex portio omnibus ſocijs navalibus propinabatur vini optimi, quod periculoſiſſima brevia *Abrolhos* dicta jam ſuperata eſſent.

Dies gaudij.

Subſequentibus diebus uſque in decimum, navigabatur maximè in Meridiem, & Africum: Elevatio erat Poli viginti quinque graduum, triginta trium minutorum.

Die 11. Deprehendimus accreſcentem deflexionem pyxidis nauticæ in Arctapelioten ſeptendecim gradus: inſtituebatur iter vento flante à Meridie, in Occidentem, & Africum.

Die 12. Ventus Meſeurus nos agitabat, ſubſequitur ab Oriente, curſus erat in Circium, & Africum: in prandio elevabatur Polus viginti ſex gradus, quadraginta quinque minuta.

Die 13. Decimo quarto, & decimoquinto, currebatur in Meridiem, & Africum, flante ab Oriente vento.

Die 16. Decimo ſeptimo, & decimo octavo, vento flante à meridie, curſus erat maximè in lipafricum: Ipſo prandio erat altitudo Poli tringinta quatuor graduum, quindecim minutorum: Sperma cæti magnâ copiâ aquis hic innatabat.

Sperma Ceti in magna copia.

Die 19. Ventus flabat à Septentrione, huic ſuccedit Caurus, iter dirigebatur in Circium: animadvertimus hic nos ab æſtu maris vehementer ferri in Meridiem.

Æstus Maris vehemens.

Die 20. Poli erat elevatio triginta ſex graduum, quinquaginta ſeptem minutorum: apparuere nobis quamplurima excrementa marina, (quæ quallen linguâ noſtrâ dicuntur) & exercitus pediculorum marinorum, qui pediculis non ſunt diſſimiles terreſtribus, magnitudine

Pediculi Marini.

tamen

1615. tamen erant parvæ muſcæ.

Novẽber Die 21. Dum prandemus, altitudo Poli erat triginta octo graduum, & viginti quinque minutorum: incidebat aquarum mutatio bolis eijcitur, at vadum non deprehenditur: ſed deflexio pyxidis nauticæ in Actapelioten ſeptendecim graduum: ſub veſperam apparet nobis Luna nova, ante horas viginti & unam primum nata.

Orbis lunæ

Die 22. Senatu nautico conſtitutum, ut unicuique ſocio navali exhiberetur una Cheopina (noſtris eſt *een Mutsken*) vini Hiſpanici quotidie: at ſingulis hebdomadibus una olej: vinum enim Gallicum, & butyrum erant jam abſumpta.

Balænæ multæ

Die 23. Occurebant nobis quamplurimæ Balænæ, etiam aquâ pallida ſe prodebat: cum pranſum iretur, altitudo erat Polaris quadraginta graduum, quinquaginta ſex minutorum.

Pisces et Aves. et Lanugo saxatilis

Die 24. Quamplurimi magni piſces apparebant, & lanugo ſaxatilis: unda erat petulantior ſolito ab Occidente, nec deerat avium copia.

Aqua palida

Die 30. Pallida affluebat aqua, quaſi prope terram navigaremus: erat poli elevatio quadraginta ſex graduum, quindecim minutorum: nec deſerebat nos avium exercitus.

Secundo Decembris, ſub altitudine Polari quadraginta ſeptem graduum, quadraginta quinque minutorum, fluctuabat in mari multum lanuginis ſaxatilis.

Die 4. Innatabat mari adhuc eadem materia, apparebat iterum noſtris aqua pallida, & copia avium. Dum pranderetur elevatio erat Poli quadraginta ſeptem graduũ, viginti quinque minutorum: & deflexio acus nauticæ in Arctapelioten ſexdecim graduum: ſub veſperam bolis ejcitur ad ſeptuaginta ulnas vado ſabuloſo.

Die 5. Solo oriente tẽtatur vadum ad ulnas ſexaginta quinque:

quinque: apparebant aves innumeræ, & lanugo undis in- *1615.*
natabat saxatilis: in meridie poli erat elevatio quadraginta *Decēber.*
sex graduum, viginti quinque minutorum: sub vesperam
bolis ejcitur ad ulnas quinquaginta quatuor. Conspexere
eo die socij multas Balænas.

Die 6. Sub Auroram tentatur vadum ad ulnas quadraginta sex, vento Cauro flante, ibatur in Lipafricum: In prādio erat elevatio Poli quadraginta septem graduum, triginta minutorum: post meridiem ejecta iterum bolis ad ulnas quadraginta & duas. Circiter quartam apparuit nobis Terra, non alta, littus erat planum, subalbidum: incidimus ex sententiâ nostrâ in partem Septentrionalem portus de *Porto Desire*: at sub vesperam, jacta est anchora ad ulnas decem, cum distaremus à littore miliare unum & semi: Recessus istic maris vergebat in Meridiem tantâ violentiâ, quanta in Stricto, aut ante portum *Flissinghæ*. *Terra.* *Nota hunc recessu Maris.*

Die 7. Manè levabant anchoram, vela panduntur vento, qui nos in Meridiem agitabat usque in horam prandij, tum appulimus portum de *Porto Desire*, sub elevatione Polari quadraginta septem graduum, quadraginta minutorum, ibamus rectâ in ostium, quod cum illabimur plenum erat mare, ita ut scopuli de quibus *Oliverius* à *Noord* mentionem facit, qui à parte Boreali hujus portus relinquendi sunt, non apparerent, at à regione Meridionali, nonnulli se prodebant scopuli, quos Boreales esse judicabamus, eorumque partem meridionalem legebamus, ostiumque in Meridiem spectans ingredimur in Sinum quendam, quasi in saccum, positaque ibi anchora ad ulnas quatuor & semi, pleno jam mari: at cum recesserat, restabat nobis profunditas quatuordecim tantum pedum, ita ut navis *Concordia* puppi jam vado illideretur, maximè petroso. Flabat ab Occidente ventus, à terrâ, & mare quietum, profecto nostro bono, nam si flasset ab Oriente, non- *Nota hunc errorem.*

C nihil

1615. December. nihil vehementer, actum fuisset de navi nostra. In scopulis istis socij repericbant ova quamplurima, ceperuntque optimas Conchas, & pisces quamplurimos, etiam *Apuas* sexdecim pollicum latitudinem habentes, quare hic sinus nomen sortitur *Apuarum* (quod Belgice sonat de *Spiering-Bay*).

Portus Apuarum.

Scapha nostra in Insulas *Pinguynas* navigat, à *Porto Desire* dissitas duo miliaria, in *Eurum*, sub vesperam ad nos tardius redit, ad ferebatque duos *Leones* marinos, & centum quinquaginta *Pinguinas*, quæ cibus gratissimus postridie nobis fuere.

Leones Marini. Pinguini.

Die 8. Manè sub Auroram navigabatur vento à terrâ spirante, ex *Apuarum* sinu, anchoraque jacitur ante ipsum portum de *Porto Desire*, dimittitur Scapha ut altitudinem in ipso limine tentaret, ad nos horâ prandij redit, deprehensa altitudo duodecim & tredecim ulnarum in ipso ingressu: Absoluto prandio, & mari pleno, vento Cæciâ duce, navigabatur, *Celox* precedit, ipsumque verum portum illabitur. Cum nos miliare unum & semi in portu navigassemus, ecce ventus contrarius sistit cursum, demittitur anchora ad ulnas viginti, vado lapidoso & glabro: elapsâ horâ mediâ tempestas oboritur à *Cauro* agitata, utraque Navis duabus anchoris munita littori Meridionali allabitur, imo ne anchoræ viginti quinque suffecissent, ita ut spes servandi nos omnis exciderat. Magna navis margine scopulis insidebat, cadente aquâ dilabendo subsequebatur, at rimas non ducebat: at *Celox* planè inter scopulos hærebat, ut omni aquâ destitueretur, imo cum recesserat aqua, licebat unicuique siccis pedibus sub carinâ, juxta malum maximam transire: elevata erat carina unum pedem, horribile visu profecto: at cum *Phœnix* violentior flaret, erat subsidio ne planè concideret,

Nota hanc tempestatem et periculum Navis, et Celocis.

ideret, ex eo conſtabat, cùm deſtiterat ventus ab im- *1615.*
etu ſuo, à littore, adverſo vento concidit in latus, ut *Decēber.*
arina altitudinem marginum ſuperaret tres pedes, quæ
ctio non exiguum horrorem incuſſit nobis omnibus,
am enim ſpes omnis de ſervandâ *Celoce* exciderat, at mare
efluum, ſine tempeſtate, erexit eam, ſubitoque omni me-
u liberati, ad Navem recurrimus. Sub veſperam cum
uta omnia à tempeſtate, à littore reduximus eam in
nare; mediâ vero nocte jacta anchora prope navim
nagnam.

Die 9. Sub auroram navigatur interius, appulimuſq; inſulam Regiam *Oliverio* ita dictam. *Celox* ſuperavit eam, nchoramque ibi poſuit: at navis *Concordia* non admitti-ur à vento contrario.

Socij navales de negotio ſuo cogitantes in terram pro-perant, ecce, pænè hæc tota Inſula ovis erat tecta: quidam pedibus ſtans conjunctis manibus contingebat nidos quinquaginta quatuor, unuſquiſque tria aut quatuor ova habebat, formâ Vanellorum noſtratium, at non nagnitudine eadem, erat larorum marinorum, ali-quot milia ad Naves deferebantur in alimentum quoti-dianum.

Nota hanc quanti-tatem Ovorum, et Avium.

Die 10. Scapha partem Septentrionalem fluminis d navigat, ut aquam recentem quæreret, at nulla apparuit: oſſas cæperunt fodere nonnulli ad ulnas quatuordecim, t aqua ſalſa prodijt ſemper, tam in montibus, quam val-ibus: ſub veſperam ſcapha ad nos redit avium & ovorum opiam adferens.

Nullibi in terra hac invenerunt aquam dulcem, sed salsam

Die 11. Scapha partem inferiorem fluminis Meridi-onalem adnavigat, ut aquas & homines quæreret, at ſalſa antum aqua reperitur ubique, viſi tantum nonnulli ſtru-hij, & animalia formâ Cervorum, oblongis collis, præ imore nos fugiebant. In vertice montium apparuere

Struthij

1615. December. nobis aliqua sepulchra, ex lapidibus congestis; cum vero quid istæ congeries sibi vellent lapidum ignoraremus, disjecimus eas, deprehendimusque sceleta hominum defunctorum, longitudine decem, & undecim pedum. Hic videtur ipsis esse mos, corpora defunctorum deferre in summitates montium, humique deponere, hinc lapidibus tegere, ut libera sint ab animalibus feris, & laniatu avium.

Die 12. Decimo tertio, decimo quarto, decimo quinto, & decimo sexto, quotidie Socij in terram properant, sollicitì de aquâ recenti, at frustra; adferebant copiam avium, & piscium.

Die 17. Adducitur navis nostra intra Insulam Regiam ad littus, pleno mari, ut a sordibus expurgaremus, refluo mari, tutò obambulabatur sicco pede.

Die 18. *Celox* etiam ad littus adducitur, ut expurgaretur, distabat vero à navi magnâ duos jactus sclopi majoris.

Die 19. Dum hoc agimus ut utraque Navis expurgaretur, & flamma *Celoci* admoveretur, ecce subito se extulit in rudentes, & mox ad superiora ascendit, ita ut momento uno omnis spes exciderit extinguendi, oberat & illud, quod a littore distaret quinquaginta pedes, ita ut nobis omnibus aspicientibus planè absumta sit, nec licuerit nobis adjutrices manus adhibere ullas.

Die 20. Pleno mari navis *Concordia* reducitur ad marè, navigatur ad *Celocem*, vis flammæ extinguitur, at Vulcanus usque ad aquam ipsam, totam navem rapuerat: quod reliquerat reliquis diebus in frusta secatur, ligna, ferramenta quæ restabant, tormenta, bellica, anchoræ, ad navem deferuntur.

Die 25. Nostri discurrentes totâ Insulâ, deprehendunt in fossis, longè à littore aquam recentem, at albam, & tur-

bulentam,

bulentam, hinc quotidiè aqua adfertur. Nonnulli vasculjs minoribus aquam humeris imponebant, alij armati comites erant viæ sclopis majoribus: quidam quotidie nobis de avibus & ovis prospiciebant, cum leonibus marinis, qui nobis erant cibus gratus, optimiq; saporis. 1615. Decēber.

Hi leones marini magnitudine pares sunt equis nostratibus, capite leones referunt, longis, villosis crinibus circū colla: at fæmellæ capillis carent, staturâ minores masculis: Occidi non poterant nisi jctu sclopi majoris in pectore, aut Cerebro, nam licet centum ictus quis vecti inflixisset, ut sanguis ex ore & naribus efflueret, tamen effugiebant. Dum hic moramur infensæ nobis erant tempestates, cum pluvijs & ventis assidujs.

Leones Marini, et eoz descriptio. la. Leonum.

Nono Ianuarij, postremum vas aquâ repletum est, at decimo velum facimus, ut iter absolveremus, at sub meridiem flat e mari ventus, ita ut posita fuerit anchora juxta leonum Insulam, eo die captura avium, & piscium non fuit infelix.

Die 12. Scapha ibat in Insulas Pinguynas, ut sibi de Pinguynis prospiceret, at eo die tempestas reditum impedijt, hæsitque eâ nocte in *Apuarum* sinu: postridie redijt sub diei crepusculum, onusta avibus, at copiâ nimiâ putredinem jam contraxerant, quare piscibus datæ esca fuere. Post meridiem decimo tertio die reliquimus *Porto Desire*: at cum malacia esset molesta, extra portum posita est anchora, hinc invaluit ventus, levamus anchoram, marique nos committimus.

Die 18. Apparent nobis summo manè Insulæ *Sebaldi*, distabant à nobis tria miliaria in Orientem: à freto vero Magellanico ut vult *Sebaldus de Weert*, quinquaginta miliaribus, vergentes in Cæciam, & Lipafricum. In Meridie altitudo erat Poli quinquaginta graduum, uno addito.

Die 20. Mari innatabat lanugo saxatilis, notabamus

1616. hic nos vehementi æſtu ferri, qui vergebat in Africum: Ip-
Ianuar. ſo prādio poli erat altitudo quinquaginta trium graduum:
judicabamus nos abeſſe viginti miliaribus à terra Meridionali freti Magellanici.

Die 21. Dum prandetur altitudo erat Poli quinquaginta trium graduum.

Die 23. Sub auroram flabat à Meridie Æolus; at circiter Meridiem deſtitit à propoſito, hinc flabat ab Occidente: cùm inſtaret prandium bolis ejcitur ad ulnas quinquaginta, vado nigro ſabuloſo, cui lapilli admixti: hinc flat à Septentrione, undâ quietâ, cælo ſereno: color aquæ talis, qualis in regionibus hiſce interioribus, at curſus erat in Meſolibonotō. Tertiâ horâ pomeridianâ à noſtris *Terra* conſpicitur in Meridiē & Africū, etiā in Occidentē: ſub veſperā ingruit ventus à Septentrione, ibatur in Eurū, ne in Regionem conſpectā incideremus, ventus erat fervidior, unda ſolito petulātior, ita ut vela ſuperiora in coronâ colligerētur.

Die 24. Summo manè à dextris nobis apparuit terra, diſſita à nobis miliare unum: vadū tētabatur ad ulnas quadraginta, vento flante ab Occidente. Terra vergebat in Hypereurum, erat montoſa, albâ nive tecta. Legebamus littus, at ſub prandium finis apparuit, mox alia ſe prodit ab Oriente, etiam montoſa, & interrupta. Hæ regiones noſtro judicio diſſidebant octo miliaria, inter utramque videtur tranſitus cōmodiſſimus, adfirmabat & hoc quod æſtus vehementior in Meridiem vergeret iſtic inter utramque Regionem. Prandio abſoluto Poli erat altitudo quinquaginta quatuor graduum, quadraginta ſex minutorum. Poſt meridiem flat Æolus à Septentrione. Ibamus rectâ in fretum, at ſub veſperam malacia oboritur, ferebamurq; eâ nocte æſtu vehementi, ſine vento. Apparebant hic nobis innumerabiles copiæ Pynguynarum, etiam millja Balænarum, ita ut continuo vario curſu iretur, ut evitarentur Balænæ, ne à

Pynguyns et Balyne

prorâ

prorâ noſtrâ læderentur, aut carinã. 1615.
Die 26. Sole orto illapſi eramus propè Regionẽ Orientalem, altã & interruptam, vergebat à latere Septentrionali, Ianuar.
in Eurum, quantũ oculis licuit nobis aſſequi, ei inditum nomẽ ab Ordinibus (quod belgicâ linguâ *Staten-Lant* dicimus) at à parte Occidentali, ei nomen inditum *Mauritij à Naſſaw*. Suſpicabamur utrimq; bonã & tutam ſtationẽ, ſinuſq; arenoſos, cum utrimque littora apparerent ſabuloſa, & vada arenoſa: piſcium, pinguynarũ, vitulorũ marinorũ hic erat affluentia, nec deerant aves, nec aquæ commodæ, at arbores nullæ apparebant: In ipſo freto procerat ventus à Septentrione, ibamus in Circiũ proceſſu non infelici: In prãdio Poli erat altitudo quinquaginta quinque graduũ, & triginta ſex minutorum, navigabatur in Africũ, vento ſatis vehementi, cũ pluviâ admixtâ, progreſſu ſecundo. Regio à parte Meridionali freti, maximè Occidẽtalis finis Regionis Mauritii, vergebat in Lipafricũ & Africum, quantum viſui noſtro apparuit, erat alta, & interrupta Sub veſperã flabat Africus nos vero flectebamus curſum in Meridiem: unda erat petulantior ab Africo, aqua vero cærulea, hinc cõjiciebamus, & affirmabatur, nos à dextris deprehenſuros magnum & profundũ mare: & mox navigaturos *Mare Auſtrale*, hinc nos omnes cepit gaudiũ immenſum, à nobis detectã viã, omnibus hominibus antea ignotã, ut & poſtea cõperimus. Hic extremæ magnitudinis apparebant *Lari Marini*, corpore majores Cygnis, expanſis alis ſuperabant longitudinem unius ulnæ. Hæ aves quod hominum conſortio non aſſueviſſent, aſſidebant nobis in Navi, ita ut à noſtris ſine ullo negotio prehenderentur, & occiderentur.

Vituli Marini, et Aves.

Freti detectum.

Lari Marini.

Die 26. Inter prandendum poli erat Elevatio quinquaginta ſeptẽ graduum: tempeſtate vehemẽtiſſimâ obortâ, ab Occidente, & Africo, quæ nos afflixit totum diem civilem, undâ petulantiſſimâ & cæruleâ. Velo demiſſo ibatur in Meridiem.

1616. Meridiem, à Cauro apparebat adhuc Terra, at alta, de nocte
Ianuar. mutatur in Caurum cursus, velo adhuc pendulo.

Die 27. Circiter meridiem poli erat elevatio quinquaginta sex graduum, quinquaginta minutorum, uno addito: cœlum frigebat, cum tempestatibus grando & pluvia erant molestæ: flabat ab Occidente ventus, hinc lipafricus: cursus primum erat in Meridiem, hinc in Septentrionem, velo demisso.

Die 28. Summo manè rursus expansa vela superiora, ab Occidente fluctus insolentiores: primum flabat ventus ab Occidente, hinc Arctapeliotes: cursus primum erat in Occidentem, hinc in Hypafricum, mox iterum in Occidentem, hinc rursus in Hypafricum. In prandio Poli erat altitudo quinquaginta sex graduum, quadraginta octo minutorum.

Die 29. Sole nondum orto flabat Vulturnus, cursus erat in Africum: Ientaculo absoluto, apparuere duæ Insulæ à prorâ, in lipafricum, at juxta horam prandij accessimus eas, at non superavimus, ut à parte Septentrionali eas legeremus, erant scopuli steriles, subcineritij coloris, quibus adjuncti erant nonnulli minoris formæ; sub Altitudine Poli quinquaginta septem graduum, à parte Meridionali lineæ Æquinoctialis.

Impositum ipsis nomen Insularum *Barneveldii:* In honorem *D. Iohannis ab Oldenbarnevelt:* Advocati Provinciarum Hollandiæ, & VVest-Frisiæ: cursus noster erat perpetuo in *Corum*, sub vesperam iterum apparuit terra in Caurum, & Phænicem, erat ea regio à parte Meridionali freti Magellanici, vergebatque in Meridiem, loca erat mõtosa, nivibus tecta, at extremitate quadam acutâ finiebant, quam promontorium Hornæ diximus (Belgicâ vero linguæ de *Caep Hoorn*) situm sub altitudine quinquaginta septem graduum, quadraginta octo minutorum, Cælum tum

erat

erat serenum, sub vesperam flabat à Septentrione ventus, 1616.
fluctus lasciviebant ab Occidente, at cursus noster in Occi- *Ianuar.*
dentem: deprehensumque à nostris æstum vehementer
ferri in Occidentem.

Die 30. Non desistebant à lasciviâ fluctus ab Occidente, aquâ cæruleâ, & æstu vehementissimo, qui in Occidentem ferebatur, ex quo firmo argumento colligebatur nobis apertam viam restare in mare Australe: Post prandium elevatio erat Poli quinquaginta septem graduum, triginta quatuor minutorum.

Die 31. Summo manè, ventus a Septentrione flat, itur in Occidentem: In prandio poli erat altitudo quinquaginta octo graduum, post meridiem ventus flat ab Occidente, hinc Lipafricus, postea varius: tum promontorium *Hornæ* superaramus, & terra non amplius erat conspicua, at fluctus concitatiores ab Occidente erant molesti, apparebat etiam color cæruleus: quo firmissimo argumento à nemine dubitabatur nos jam navigare Mare Australe amplum, sine ullo objecto. Hic venti lasciviebant, cum pluvijs, & grandinis tempestatibus, ita ut cursus varij necessario fuerint.

Calendis Februarij cælum frigebat, tempestas ingruebat *Februar.*
ab Africo, ita ut velo maximo demisso nos libidini venti committeremus, cursus erat in Caurum, & *Corum.*

Die 2. Ventus ab Occidente flat, cursus erat in Meridiem, at in prandio altitudo erat polaris quinquaginta septem graduum, quinquaginta minutorum: observavimus hic deflexionem in Arctapelioten acus nauticæ duodecim gradus Occurrere eo die exercitus larorum marinorum, reliquarumque avium.

Die 3. Sub prandio Poli erat elevatio quinquaginta sex graduum, viginti quinque minutorum: acris temperies nobis placebat, at venti vehementes à regione Occidentali: eo die quantum licuit conjecturâ assequi ascenderamus

D usque

Exercitus larorum marinorum

1616. Februar. uſque ad gradus quinquaginta ſex & ſemi, at terra nulla, nec ſignum ullum in Meridiem apparuit.

Die 4. Prandio abſoluto elevatio erat Poli quinquaginta ſex graduum, & quadraginta trium minutorum, venti erant varij, maximè ab Africo, unda non erat quieta, curſus etiam mutabantur, pro venti arbitrio: notabantur undecim gradus deflexionis in Arctapelioten.

Die 5. Æſtus maris erat vehemens ab Occidente, fluctus ſe erigebant, ut juberent vela deponi venti ferociores.

Die 8. Manè ventus flabat à Meridie, nos curſum inſtituimus in Occidentem, horâ prandij flat Caurus, nos in Meridiem currimus, vix attigeramus altitudinē quinquaginta ſex graduum: hinc vehemens inſtabilis ventus Caurus erat moleſtus, poſtea Phœnix, cum nebulâ, frigore, grandine, nive, demiſſis velis majoribus, ibatur in Occidentem. Subſequentibus diebus turbines ventorum, frigus, nebulæ erant moleſtj.

Die 12. Omnibus ſocijs navalibus triplex *Vini* portio eſt propinata, in gaudij ſignum, & victoriæ, quod jam Fretum Magellanicum à parte Orientali à nobis ſalutaretur. Eodem die communi Senatus nautici conſenſu, ita petente *Summo Moderatore*, novum hoc fretum (quod à nobis detectum, intra Terram *Mauritio de Naſſau* cognominem, & Ordinibus) nominatum fuit ductus le Maire (belgicâ vero linguâ *Strate le Maire*) cum jure majori dici potuiſſet fretum *Guilielmi Schoutenii*, cujus ſapienti ductu, & navigandi peritiâ, hoc opus laudabile tentatum, & abſolutum eſt. Poſtquam novum hoc fretum tranavimus, & partem Meridionalem novæ terræ inventæ legimus, donec oram Occidentalem Freti Magellanici ſuperavimus, æſtus vehementiſſimi ferebantur, unde erant concitatiores, quotidie pluvia, nebula, cælum nubiloſum, grando, nix erant moleſtæ, itâ ut nō exiguâ moleſtia & tædio, totos dies trāſigeremus.

ſigeremus. At felix iſta detectio, & ſpes reliqua feliciter de- *1616.*
tegendi, addidere nobis animum, omnia feliciter ſucceſſura, *Februar.*
quare devoratis omnibus iſtis tædijs, ad iter ſequens nos
accingimus.

Die 13. Cælum erat pluvioſum, nebuloſum, tempeſtuoſum: comites itineris nobis erant quamplurimæ aves, & vituli marini. *Aves, et Vituli Marini.*

Die 14. Altitudo nobis Polaris quinquaginta graduum, uno addito, quinquaginta minutorum: nō deſerebant nos nebulæ, & tempeſtates, ut & decimo quinto: at mare non iratum: poli erat elevatio quinquaginta graduum, uno addito, duodecim minutorū. Ventus erat Occidentalis, ibatur in Septentrionem, compertumque æſtum maris nobiſcum ferri in Septentrionem.

Subſequentibus diebus ventus adhuc Caurus flabat, huic ſucceſſit Phænix, & huic ab occidente ventus, uſque in vigeſimum tertium, tunc cœpit nos impellere generalis ventus à Meridie, cœlo ſereno, attamen unda erat perturbatior ab Africo. Prandentibus nobis altitudo erat Poli quadraginta ſex graduum, triginta minutorum.

Die 24. Ex ventre navis omnia tormenta bellica eduximus, juſtoque loco poſita.

Die 25. Vela noſtra ſuperiora, & dolones altiores ereximus, cum jam mare Pacificū navigaremus, omnibus tempeſtatibus & procellis ſuperatis.

Die 27. Infimus ordo tormentorum bellicorum ſuo loco conſtituebatur, nam in *Porto Deſire* omnia hæc ventri navis commiſeramus, ne ludibrium ventis & fluctibus eſſemus. In prandio erat Poli altitudo quadraginta graduum, cælo ſereno, à Meridie flante vento, & Euronoto, nec progreſſu infelici, ut ſuperioribus diebus, rectā ibatur in Septentrionem.

Die 28. Iuſſu Senatus, & quatuor Rectorum decernitur,

 currere

1616. Februar. currere in Insulas *Iuan Fernandes*, ut nostrorum corpora liberaliter istic reficerentur, cum quamplurimi sociorum navalium injurijs cæli, & Neptuni, planè erant defatigati, etiam nōnullos vehemēter invaserat *Scorbutus*, Poli altitudo erat triginta quinque graduū, quinquaginta triū minutorum. Sub vesperā minuuntur vela, ne de nocte in terrā incideremus, vel præternavigaremus, ibatur in Aquilonē.

Scorbutus morbus

Martjus. Calendis Martij. Sole oriente apparent Insulæ *Iohannis Fernando*, à prorâ, in Aquilonē: flat à Meridie vētus, fervore laudabili, cælo sereno. A prandio eas accessimus, altitudo erat poli triginta triū graduū, & quadraginta octo minutorū. Duæ sunt Insulæ, montosæ, minor vergit in occidentē, planè sterilis, nudos tantū montes, & scopulos ostentās, at major, spectat orientē, superbit etiā montibus, & arboribus fructiferis: redundat armētis, porcis, hircis: juxta littora ludunt varia pisciū genera: Hispanis freques excurrere huc, & brevi tēpore onerare navigia piscibus, quos in Peru vēditāt.

Descriptio Insulae Joannis Fernandi.

Latus Occidentale harū Insularū legebamus, quo maximè errabamus, præstitisset legisse orā Orientalem, ad justā navium stationē, quæ est ad Orientale promontoriū Insulæ maximæ, nā cum nos orā Occidentalē legebamus, terra objecta malaciā induxit altitudine & præcipitio, ita ut littus adnavigare nō licuerit, nec anchoras figere, quare mox Scapha demittitur, tētatura vadū, sub vesperā redit, nunciat vadū deprehēsum ad ulnas quadraginta & triginta vado arenoso, & paulatim ascendēdo ad ulnas tres, vado tutissimo, juxta vallē pulchrā, virentē, arboribus floridis florentē, profecto jucundū visu; at quia nox nō permittebat terram nō conscenderant, at aquā recentē magnâ copiâ à rupibus defluentē adverterant, nec deerant Hirci, aliæq; feræ in mōtibus, quæ nō facilè agnosci poterāt distātiâ loci. Dum istic hærebāt, piscatuj se dederāt, brevi certo tēporis spatio magnā piscium abundantiā ceperant, hamū vix ejciebanr, quin piscis

Piscium maxima copia.

piſcis educitur, erant Bramæ marinæ,cum *Crotcbado*:lupos etiã marinos viderant.Hoc nuncio gaudebant omnes Socij navales,præſertim illi qui ſcorbuto affligebãtur,ſperãtes hic ĩtegrã cõſequi valetudinẽ,& refici. De nocte tãta eſt oborta cæli tranquillitas,ut æſtus maris nos ab Inſulis retraxerit. *1616. Martjus.*

Die 2. Manè,Navi ferebamur juxta Inſulã,at non licuit nobis ita propè accedere, ut anchora figeretur,licet maximam operã navaremus:nonnulli tamẽ demittuntur in littus,ad piſcaturã : aliquibus cõmiſſa cura venationis eſt:apparebant quidẽ ipſis eximij Porci,Hirci,& alia armenta, at frutices,humileſq; ſylvæ non permiſerunt ut aſſequeremur illa:dum nonnulli ſunt occupati hauriendis aquis,ecce qui in Scapha hærebant, repleraut duo vaſa maxima piſcibus, hamo ſolo captis. Sic heu relinquenda nobis fuit amæna hic Inſula invitis, pænè ſine ullo fructu. *Animalia varia.* *Piscium copia.*

Die 3. Manè,fluxus maris nos abduxerat ab Inſula quatuor miliaribus, cũ totum diem civilem hoc unum egeramus ut à nobis ſuperaretur : at tandem nos cæpit laboris tanti tædium,cum cõſtaret nobis impoſſibile eſſe eam prælabi:quare à toto Senatu decretum Inſulas haſce deſerere, & de itinere promovẽdo cogitare,cũ nobis quotidie faveret vẽtus,nos vero eũ vili penderemus, magno omniũ ægrorũ tædio, quibus jã omnis vitæ ſpes excidebat, at Deus providit,qui omnia in melius vertit.Hæ Inſulæ ſitæ ſunt ſub altitudine Polari triginta triũ graduũ,quadraginta minutorũ.

Hoc decreto promulgato, curſus dirigitur in Hyperargeſten,vento fervido à Meridie, & feliciſſimo progreſſu.

Die 11. Secundo ſubterlabimur Tropicum Capricorni, flante vulturno,curſu vero in Phænicem: hic conſecuti ſumus generalem ab Oriente ventum,cui ſe jungebat Eurus: at curſus perſeverat in Phænicem ; uſque in decimumquintum diem , ad gradus octodecim , tum curſus mutatur, itur in Occidentem, eo die compegimus Scapham

 noſtram

1616. Martjus. noſtram remigibus aptam, ut ſi forte eâ opus eſſet, cum in Inſulas incjderemus quaſdam.

Die 17. Poli erat altitudo novemdecim graduum, curſus erat in Corum.

Die 20. Elevatio erat Poli ſeptendecim graduum, à Meridie fluctus erant turbulenti, ventus ut antea, flabat Vulturnus, itur in Corum: notabamus pyxidis nauticæ deflexionem in Arctapelioten dimidium tractum. Nos eo die inviſebant Glaucia, & aliæ aves. Glaucia hæc ſunt aves nive candidiores, roſtris rubejs, & capitibus, caudis longis, albis, fiſſis, longitudine duorum pedum, & ſemi, reperiuntur omnibus in terris, magnitudine lari marini.

Die 24. Elevatio erat Poli quindecim graduum, curritur in Occidentem, fluctus laſciviores quotidie à Meridie erant moleſti, licet quotidie ab Euro ventus concitatior, & progreſſus non improbandus.

Aprilis. Die 3. Aprilis: Ipſo feſto Paſchatis poli erat altitudo quindecim graduum, duodecim minutorum: nullus hic erat deflexus acus nauticæ, ſed rectâ tendebat in Septentrionem, & Meridiem. Scorbutus jam cæperat noſtros Cives invadere, imo corripuerat jam medium numerum ſociorum.

Die 9. Fatis ceſſit *Iohannes Cornelii Schoutenius*, qui Nauclerus fuerat *Celocis*, frater noſtri Naucleri *Guilielmi Cornelii Schouten*, cum totum menſem lecto affixus fuiſſet.

Die 10 Manè, abſolutis precibus, defuncti cadaver ſepulcro committitur: at abſoluto jentaculo apparebat nobis Terra in Caurum, & Meſotrachiam, diſtans à nobis tribus miliaribus, Inſula erat depreſſa, non magna. Non deſerebant nos copiæ larorum marinorum, & piſcium: curſuſque dirigitur in Inſulã ipſam, ſperatur refectio corporum, quâ maximè indigebamus ob Scorbutum. Circiter meridiem appulimus Inſulam, bolis ejcitur, at vadum non attingitur,

attingitur, ideoque demittitur Scapha, ut vadum tentaretur, redit, nunciat vadum tentatum ad ulnas viginti quinque, cum distaret à littore jactum minimum sclopi majoris, addebat & hoc, visos esse quamplurimos Galcos, aliaque piscium genera, quæ & ad Insulas *Iohannis Fernando* inciderant in manus nostras: at non consultum erat propius ad littus accidere, ne in evidens periculum incideremus. Circiter meridiē iterum Scapha in littus properat, num quid in usum humanum reperiri posset, at cum appropinquaret, non ausi fuere socij ascendere littus, ob ingentem æstū maris, quare se aquæ commiserunt, natantes, & mutuo trahentes ad littus, relinquentes Scapham harpagini. Sub vesperam redeunt, nihil actum, adferunt aliquid herbæ viridis, quæ saporem referebat Nasturtij nostratis. Narrabant sibi visos tres canes non latrantes, imo ne sonitum quidem edentes. Lacunas viderant aquâ repletas, quæ eo die deciderat. Videbatur ea Insula aquâ marinâ pleno mari maximè tegi, apparebat nobis tantum agger, qui totam Insulam cingebat, arboribus virentibus consitus, jucundum certè visu; at in medio, & reliquis locis salsa apparuit aqua. Sita est sub altitudine Poli quindecim graduum, duodecim minutorum, dissita à Peru, ut conjciebamus nongenta viginti quinque miliaria. Totum diem civilem flabat à Septentrione ventus, cursus vero noster in Occidentem ad Insulas *Salomonis*, diximus Insulam istam *Canum* ('*tHonden Eylant* linguâ Belgicâ) de nocte invaluit ventus, cum socio imbre, ita ut velum maximum plane abrumperetur.

1616. Aprilis.

Canes non latrantes sed muti.

la Y. Canum.

Die 14. Flabat ab oriente ventus, hunc Eurus sequitur, noster cursus in Occidentem, & Mesargesten, cæli status, & vis venti quæ superioribus diebus: apparebant quamplurimi pisces, & aves: post meridiem occurrit humilis Insula, in Caurum, valdè magna, vergens in Arctapeliotem, & Africum, gaudio magno eam aspeximus, cum maxima esset nobis

1616. nobis aquæ penuria, & spes refectionis, cursus in eam, rectâ
Aprilis in Caurum. Sub vesperam, cum aberamus miliare unum a
littore, occurrit nobis *Canoa* una, quatuor Indis onusta, qui
planè erant nudi, rubej coloris, longis nigris capillis, non
audebant accedere ad Navem, significabant nobis signis
quibusdam ut terræ nos committeremus, sed linguam eorum intelligere nemo poterat, neque illi nostram, licet linguâ Hispanicâ, Malejâ, Iavanicâ, & nostrâ vernaculâ eos compellaremus. Sub vesperam Sole occidente, terram accessimus, vadum non attigimus, nec visa aquæ mutatio, licet nos propè littus navigaremus, ut jactu sclopi majoris attingi possit, quare nos iterum alto commisimus, *Canoa* vero in littus properat, quę à magnâ multitudine Indorum exspectabatur. Paulo post alia quædam *Canoa* ad nos advolat, sed neque illa nos accessit. Compellabant nos quidem, & nos illos, at quid dicebatur non intellectum. *Canoa* eorũ subvertebatur nobis aspicientibus, & mox ab ipsis erigebatur, omnesque se ej tuto committebant, monstrabant nobis terram esse ascendendam; & nos illis, ut accederent, a illi recusabant, quare cursu non mutato, Insulam reliquimus, ibamus in Meridiẽ, & Circium, ut eam superaremus non erat lata, at longa, arboribus consita, quæ nobis videbantur Palmitæ, & *Cocj*: sita sub altitudine Polari quindecim graduum, quindecim minutorum, fulgebat littus alb arenâ. De nocte quamplurimis locis ignes à nostris in Insulâ conspecti.

Die 15. Summo manè, cum præcedenti nocte pæn decem miliaria navigata essent in Euronoton, legebamu littus, se prodebant in eo etiam quamplurimi homines nu di, vociferantes, & nos compellãtes, ut videbatur, ut terra conscenderemus, iterum *Canoa* una tribus Indis instruc ad nos accurrit, clamantibus altâ voce, propè ad navem no stram non accedunt, at remigant in *Canoam* nostran

qua


Tierra del Fuego
Fretum Magellanicum
C. Virgine
Eerste Engde
Pinguyns Eylanden
Tweede Engde
Derde Engde
C. Mauritio
Willem Schoutens Wech
Fretum le Maire a Wilhelmo Schouten
Hornano Batavo primum inventum
et lustratum anno 1616.
Mauritius de Naßau.
Staten Landt
De Caep Hoorn
d'Eylanden van
Barnevelt
Trac ou chemin de Guillaume. Schouten.
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
Caarte vande nieuwe Passage
bezuijden de Strate Magellani
ontdect en deurgeseijlt inden iare
1616. Door Willem Schoute va Hoor
Description de nouveau paßage
vers le zud du destroict de
Magellan, decouvert et passe
en l'an 1616 par Guillayme
Schouten de Hoorn Hollandois

fol. 24.

16.
Ap

uam pęne contingebant, noſtri humaniter eos excipiunt, 1616.
onant Corallia & cultellos, ſermo vero nullus inter eos: Aprilis.
um paululum Scaphæ adhæſiſſent, diſcedunt, navem no-
ram accedunt, ut funiculum à nobis demiſſum, compre-
enderent, navi vero ſe committere non auſi fuere, ſed
caphæ libenter, quæ ad nos à terrâ redibat, rebus omni-
us infectis. Tandem cum dudum in Scaphâ hæſiſſent,
uidam audaculus ambulacrum conſcendit, clavos à fene-
ris lectulorum *Moderatoris*, & *Naucleri* eximens; abſcon-
ebat eos in crinibus: videbantur illi cupidi eſſe ferri, imo
entabant clavos maximos vi educere, ò miſeri. Animus
rat nobis obſides mittere, ut quis eorũ apud nos detine-
etur, nos vero quẽ è noſtris ipſis mitteremus, at recuſabãt
llum fædus amicitiæ nobiſcum inire. Homines erant
races, planè nudi, tantum linteo velamento ſtoreaceo
erenda tegebant. Cutis eorum notata erat varijs figuris
erpentum, Draconum, & reliquorum animalium: hæ ve-
o imagines coloris erant cærulej, quaſi pulvere tormenta-
o inuſtæ eſſent. Primum in *Conoa* ſedentibus vinum pro-
inabatur, at poculum quo exhibebatur reſtituere nole-
ant. Scapham noſtram in littus iterum mittimus, ar-
atam octo ſclopis majoribus, & ſex gladijs minoribus.
icemercator Nicolaides Iohan: & *Moderator* Celocis *An-
reas Nicolai*, comitabantur hos, ut reſciſſerent quis ſtatus
nſulæ, & num fædus amicitiæ ullum cum Incolis iniri
oſſit, at cum littus hi conſcenderent, ſuperato æſtu maxi-
o, ecce, triginta Indi ex ſylvâ magnis clavis advolant, ut
ocios armis privarent, & Scapham in ſiccum traherent:
im etiam duos apprehenderant in Scapha, ut in ſylvam
bducerent, at Sclopetarij, quibus ſclopi non erant madidi,
er exploſerunt in totum cætum, ita ut nonnulli eorum ve-
ementer eſſent ſauciati, imo cum vitæ periculo. Armati
tiam erant oblongis fuſtibus, in ſuperficie acuminatis, iu-

E dicabantur

Indi ferri.

Indi ex insidijs.

1616. dicabantur esse gladioli piscium; etiam fundis jaciebant, at
Aprilis. Deo sit laus, illæsis omnibus evasimus. Arcus non erant ipsis in usu, se prodebant etiam fæminæ aliquæ, viros amplectentes, & ululantes, quid sibi vellent non constabat nobis, at judicabatur eas revocare maritos suos à præsenti mortis periculo. Huic Insulæ sine fundo nomen indidimus (nostrâ linguâ: *'t Eylandt sonder grondt,*) quod vadum non reperitur anchoris. Ab exteriori parte videbatur exilis tractus terræ, plenus Palmitis, at interior pars erat aquâ salsâ obducta. Cumque nihil commodi ex hoc loco hausuros nos judicabamus, discessus cogitatur, itur in mare rectâ in Occidentem, vento ab Oriente flante. Aqua non erat hic turbida, nulli motus, ut superioribus diebus à Meridie, hinc colligebatur in Meridiem alias Insulas esse sitas. Altitudo erat Poli quindecim graduum: distabat à Canum Insulâ centum miliaribus.

Die 16. Sub Auroram, iterum nova apparujt Insula, sita à nobis in Septentrionem, itur in eam, acceditur, tentatur vadum, non attingitur; interiora regionis erant aquis salsis tecta, marginem exornabant nonnullę arbores; sed Palmitæ, & Coci deerant. Scapha demittitur ut vadum tentaret, cum littus appropinquasset, vadum non deprehendit, redit, re planè infectâ omni, imo ne homines quidem apparuerant. Hinc secundo navigat num refectionem aliquam, aut aquas recentes posset adipisci; redit, nunciat aquam recentem deprehensam non longè à littore, in puteo, aut lacunâ quadam; quæ quidem vasculis minoribus commodè ad littus possit deferri; at ægrè in Scapham, ob æstum maris, juxta brevia, quæ harpagini credebatur, & socij se mutuo funibus in littus trahebant, & a littore in Scapham, opus profecto molestum; & plenum periculi quare tantum vasculis quatuor impletis à littore reditur. Eadem herba hic luxuriabat quæ in Canum Insulâ, saporem

tem referens Nasturtij, quâ totum saccum implevimus, & n Navem retulimus, cum Cancris nonnullis, etiam Conchas cum limacibus, optimi saporis. Sub vesperam itur in Meridiem, flabat ab Oriente ventus, satis vehementer, cælo pluvioso, & mari pleno. Eodem die altitudo erat Poli quatuordecim graduum, quadraginta sex minutorum. Hæc Insula aberat à præcedenti miliaria quindecim, nomenque indidimus VVaterlandiæ, quod nobis aquę nonnihil propinasset. 1616. Aprilis.

Die 17. Propinabantur omnibus socijs Navalibus sex Cheopinæ aquæ, amplissimumque ahenū herbâ istâ viridi foco committitur, ut olus coqueretur, quod & factum est, videbatur profecto prodesse malè habentibus ex Scorbuto.

Die 18. Matutino tempore, post jentaculum, iterum nova Insula se prodit formâ humili, in Africum, vergens in Corum, & Eurum, quantum oculorum acie licuit nobis assequi, aberat à præcedenti miliaribus viginti: Eo ibatur, acceditur, Scapha legit littus, ut vadum tentaret, nunciat deprehensum ad promontorium quoddam, à quo pulvinus se extendebat ad viginti, viginti quinque, & quadraginta ulnas, valde præceps, à littore jactum unum sclopi majoris, quare & Scapha eò mittitur, onusta omnibus vacujs vasis spe adipiscendi aquas. Accedentes ad littus socij, Scapham harpagini credunt, extra brevia, & mutuo funibus ad littus trahebant per mare, in Sylvâ oberrant ut recentes aquas quærerent, at cum armati non essent, & homo Sylvester se proderet, continuo in Scapham recurrunt, videbatur ille armatus arcu quodam: quare ad nos redeunt, re planè infectâ. Cum nonnihil à littore abessent ecce quinque aut sex viri Sylvestres se offerunt in littore, qui ubi adverterēt nostros recedere, & se sylvâ condunt. Videbatur hæc Insula, multis arboribus naturâ productis virere, nec deerat in interiori regione aqua salsa. Socij cum redirent toto corpore

 erant

1616. Aprilis. erant muſcis cooperti, facies, manus, ſcapha, remi eô ſpatio quo mari nō immittebantur à muſcis obſidebātur nigris: mirum viſu. Hi comites ſocios noſtros comitabantur, qui cum navem noſtram conſcendiſſent, nonnullæ eos relinquunt, nos & manus & faciem adoriuntur, ut non locus eſſet quo liberi eſſe poſſimus: inter prandendum & cænam convivæ erāt perpetuo, omnia replebantur ab illis: Defriçabamus facies noſtras & manus, ferulas ex corio fingebamus, dabamus morti myriades, ſic biduum aut triduum moleſtè tranſegimus, hinc adoritur nos paulo vehementior ventus, eo, & perpetujs cædibus hoc actum ut elapſo quatriduo hi moleſti comites nos desererent. Hujc Inſulæ nomen inditum Muſcarum, (lingua Batavâ: *'tVlieghen Eylandt*) diſceſſimuſque ab eâ: totum diem civilem paſſi ſumus pluviam, & nonnullis diebus ſubſequentibus, ut multum aquæ pluvialis à socijs colligeretur pannis lintejs, & velis, quâ ſitim exſtinximus. De nocte moderatum curſum admiſimus, ne per obſcuritatem in Inſulas, ita humiles incideremus, & periculum naufragij ſubiremus.

Die 23. Poli erat altitudo quindecim graduum, quatuor minutorum, motus marini erant vehementiores a Meridie, ut & ſubſequentibus diebus, flabat Arctapeliotes, hinç ab Oriente ventus; huic ſucceſſit Hypereurus, dicebatur inter ſocios *Terram Auſtralem* abeſſe à nobis ducenta quinquaginta miliaria: ea erat regio quam tantopere deſiderabamus.

Die 25. Ex vehementi pluviâ collegimus vaſa quatuor adimpleta aquâ; non deſiſtebant iſti motus marini à Meridie, quales in mari Hiſpanico à *Cauro* conſitantur.

Maius. Die 3. May. Flabat Eurus, currebatur in Occidentem: In prandio Poli erat altitudo quindecim graduum, trium minutorum. Eo die ſe offerebant nobis quamplurimi *Dorados*, qui primi erant nobis viſi hoc Mari Auſtrali.

Die

Die. 9. Elevatio erat Poli quindecim graduum, viginti minutorum, tum quãtum licuit nobis conjcere aberamus ab oris *Peru*, & *Chils* mille quingenta & decem miliaria. Absoluto prandio conspicitur à nostris velum, quod videbatur nobis esse navigij actuarij, currentis à Meridie, in Septentrionem, nos superantis: nos eo cursum dirigimus, cum vero accederemus, tormentum bellicum exploditur à sinistris, ut velum demitterent, recusant, iteratur explosio, nihilj faciunt, quare Scapha demittitur armata decem sclopetarijs, ut eos anteverterent, remigatur, semel ictu sclopi majoris à tergo monentur, non eo fine ut læderentur, sed ut velum demitterent, perseverant in cursu, ut evaderent, & nos superant, at Scapha tantis remigibus agitata tandem eos superat, cum nostri abessent ab illis jactum medium sclopi majoris, quater illi in nostros hostiliter certè explodunt sclopum majorem: antequã nos appelleremus, nonnulli viri se mari committunt, inter eos quidam cui infans in brachio hærebat, & alius sauciatus tribus vulneribus in dorso, at non profundis cum leviter essent inflicta, hos è mari eduximus, pro misericordiâ nobis innatâ. Merces etiam nonnullas Neptuno objciebant, ut storeolas, etiam Gallinas tres: Nostri navigium invadunt, ad nos adducunt, ita ut ne quidem resisterẽt, cũ jã arma ipsis deessent. Cum appelleret navigiolũ, duos viros superstites in navẽ nostrã duximus, qui statim cernuj pedes nostros deosculabantur, & manus. Alter erat annosus Homo, ob senectutẽ venerabilis: alter adolescens, at eorum non intelligebatur sermo, at honorificè à nostris excipiebantur. Statim Scapha redit ad illos qui se mari commiserant, ut eos servarent, at duo tantum restabant, qui se remis sujs fidebant, servati monstrabant digitis reliquos submersos. Alter qui vulneratus erat, cujus & vulnera à Chirurgo nostro refecta, alebat.

1616.
Majus.

Navigium

Nota: Homines ex Mari diderunt ut nando evaderent.

1616. bat comam luteam. Hæc navicula vehebat octo fæminas,
Aprilis cum tribus infantibus lactentibus ad huc: etiam nonnulli qui agebant nonum aut decimum ætatis annum, ita ut nos conjiciebamus eos fuisse numero viginti quinque: planè erant nudi, & viri & fæminæ, tantum verenda tegebant honestè. Sub vesperam maritos navigio restituimus, qui uxoribus erant grati, & ab eis comiter excipiebantur osculis. Dono ipsis dabamus Corallia, quæ collis appendebant, & cultellos nonnullos, honorificè eos excipientes, illi verò grati, donabant nos duabus artificiosè fabricatis Storeolis, & nucibus duabus Cocorum, cum ijs non superessent, videbantur enim ijs solis victitare, imo & succum earum nucum planè absorpserant, cum potus ipsis defuisset, quare & aquam marinam bibebant, etiam filiolis suis propinabant, quod judicabamus à naturâ alienum. Storeolis variegatis honestatis gratiâ, & ob calorem Solis, tegebant tegenda. Coloris erant rubej homines, ungentes se oleo, fæminæ non alebant capillos, sed brevibus superbiebant, ut viri in Hollandiâ: at viris coma erat longa & tincta colore nigro. Talis erat forma navigij, qualis in Tabellâ præmissâ picta est: mirâ formâ: Compacta ex duabus *Canois* longis: inter quas spatium amplum, in unaquaque in medio erant duæ latæ tabulæ, ex ligno rubro, ut aquas arcerent, his aliȩ tabulæ impositæ, ut facilis est via, ab una in alteram, firmiter combinaræ, ita tamen ut puppes Canoarum multum prominerent, ita conglutinatæ ut mare non admitterent. In prora unius Canoæ à dextris erecta erat malus, quam furca sustinebat, cui epidromus cum virga erat immissus. Velum ex storejs, & pro libidine venti navigabant, usus nullus ipsis erat pyxidis nauticæ, aut ullorum instrumentorum, at hamorum piscatuj inservientium, suprema pars erat lapidea, infima ossea, aut testudinea: aut facta ex cochlea margarttifera. Funes eorum arti-

ficiosè

ficiose compositi, crassitie rudentis nostratis, materia *1616.*
qualis est corbium Hispanicarum. Cum nos relinquebant, *Majus.*
ibant rectâ in Vulturnum.

Die 10. Euronotus flabat, cui successit Hypereuronotus: cursus in Occidentem, & Africum: Sub auroram, jentaculo absoluto, à sinistris alta, & cærulea apparuit terra, in Hyperlibonoton, distans à nobis miliaria octo, eo curritur totum diem vento satis fervido, at superari non potuit, quare de nocte varij cursus, sub vesperam velum prope littus apparebat, Paulo post & secundum se ostendit, navigiola videbantur piscatorũ, cum huc illuc discurrerent, de nocte ignes accendebant, & se jungebant. Navigiola piscatorum

Die 11. Sub auroram, sole oriente, Insulam ad navigavimus altam; & à parte Meridionali ostendit se longa at humilis alia quædam Insula, distans ab alterâ duo miliaria: præterlabebamur sub auroram pulvinum quendam, cujus erat altitudo quatuordecim ulnarum, vado lapidoso, à terrâ dissitũ pęnè duo miliaria, cum superassemus vadum in vicinis locis deprehendi non potuit.

Linter unus Insulæ ad nos excurrit, signum quoddam amicitiæ demittebamus à puppi fune, opinabamur eo pacto allicere illos, ut funem apprehenderent, & navem conscenderent, at assequi non poterant, quare quis sociorum se in mare projecit, hoc agens ut in eorum manus incideret, arripiunt, sibi servant dissolutum signum hoc, at illi munifici alligant funi duas Cocorum nuces, tres aut quatuor pisces volatiles, nos compellantes non intelligebamur à nobis, at videbantur hoc velle indicare, ut funem reduceremus. Hæc gens navigijs suis Canoam circumfert, quam pro arbitrio in mare exponit, homines sunt Neptunij. Naviculæ eorum habent eam formam, quam superiores, navigationibus aptissimę, tantâ enim violentiâ feruntur ut paucæ naves Hollandiæ eas superarent; Duobus remis Pisces volatiles. Naviculæ Indorum navigationibus aptissimæ et velocissimæ, et earum descriptio.

reguntur

1616. reguntur in puppi, unicuique Canoę insistit rector, non-
Majus. nunquam etiam remorum usus in prorâ, cum cursum mutant, quod etiam sæpe fit cum modo remos suos e mari educunt, statim aliò cursum mutant. Scapha nostra demittitur ut vadum tentaret, redit, affirmat attigisse vadum ad ulnas quindecim, quatuordecim, duodecim, vado conchis mixto, ad jactum tormenti fusilis à littore, eo deducitur navis, ut anchora figeretur, & vela colliguntur. Incolæ hoc advertentes monstrabant cursum divertendum in aliam Insulam, præcedebant, nostra nihilominus anchora posita sub finem Insulæ ad ulnas viginti quinque, vado arenoso, ad jactum unum tormenti bellici à littore. Hæc Insula se monte altissimo ostendit, quales in Insulis Moluccæ frequentes, arboribus abundat, maxime Cocis, quare & Cocorum Insulam diximus (Belgicâ lingua *Cocos Eylandt*.) Proxima Insulâ longitudine hanc superat, at humilior est, vergens in Orientem, & Occidentem. Cum posita est anchora, statim tria navigiola nos oberrabant circum circa: hinc novem aut decem Canoæ advolant, à terrâ, aut qui cometis fuerant eorum navigijs: inter cæteras, duæ erant quæ signa pacis ostentabant amplustribus, sic & nos. Canoæ eorum tribus aut quatuor viris instructæ proras habebant obtusas, puppes acuminatas, ex ligno rubro solido fabrefactas, quibus velocissimè navigabant, cum navem nostram appellerent in mare insiliebant, habentes manus onustas nucibus Cocorum & radicibus *Vbarum*, quos mutabant nobiscum clavis, & Corallijs, ita ut eo die centum & octingentas nuces nobis compararemus, imo tantâ frequentia nos obruebant, ut nobis vix locus superesset. Demittitur Scapha in proximam Insulam ut inquireret num commodior istic locus, cum nos hic aperto mari nos commiseramus, at cũ vix discessisset, & littus legeret, cingitur a duodecim aut tredecim Canojs alterius

I. Cocorum.

ius Insulæ, & mox augebatur numerus, videbantur hi 1616.
omnes insanire, fustibus ex ligno duro, ijsque in fine adu- Majus.
tis, & acutis formâ *Assagajorum*: unanimiter in Scapham
ruunt, ut socios eâ privarent, at nostri bello hoc necessario
coacti, ter in illos sclopos majores exonerant, primum Indi primum videbant
hanc actionem ridebant, habebantque illos ludibrio, quasi ictus sclopi, at cum
ludicra essent, at tertio jctu quis in pectore sauciatur, quod viderent unum ex illis
in tergo conspiceretur vulnus, statim remigant alij in ip- sauciari, fugerunt.
sius auxilium, quem cum viderent ita sauciatum, Scapham
nostram fugiunt: properantque ad alios, quibus in mã-
datis dabant, ut nos obruerent, at illi nolebant, cum eorum
Canoæ à nobis erant humanissimè exceptæ. Hæc gens Descriptio huius gen-
erat furax, quidam auferebat bolidẽ, nobis adspicientibus,
quo maximè indigebat Rector noster, imo quicquid vi-
debant conabantur auferre, & natando aufugere, ut & ten-
tarunt, quidam auferebat socio pulvinar suum, tegumen-
tum, & togam nauticam, alij furabantur cultellos, & quic-
quid nancisci poterant, statimque se à navi desilientes in
mare præcipitabant, & enatabant: ita ut noctu Scapha no-
stra reduceretur in Navim nostram, ne abscinderetur, &
auferretur. Avidi erant ferri, trahebant capita clavorum
maximorum, quasi vellent eos educere, sed nimis firmiter
adacti erant. Validi hi erant viri, formâ bonâ, ingentes sta-
turâ, nudi, inermes omnes, naturalia tegebant tantum: co-
ma erat varijs modis ornata, nonnullis erat planè abrasa,
nonnullis venustè crispata, quibusdam in cincinnos col-
lecta, varijs artibus, eximij erant natatores. Hęc Insula Co-
cos sita est sub altitudine sexdecim graduum, decem mi-
nutorum.

Die 12. Summo manè, post jentaculum, undique af-
fluunt *Canoæ*, adferentes nuces Cocos, Bananas, radices *Vbas*,
& aliquot Porcellos, aliqui putamina aquâ recenti plena, Porcelli itt.
mutabamus eo die mille & ducentas nuces, eramus nume-

 ro

1616. Majus. ro octoginta quinque, unicuique offerebantur nuces duo-
decim. Properabant festinatione insigni in Navim no-
stram omnes, relinquentes Canoas in aquam se projicie-
bant, sub aliorum Canois urinabant, ut navem continge-
rent, & merces suas exponerent, Vbas radices, & fasces Co-
corum oribus gestabant, navim conscendentes, ita ut fusti-
bus arceri debebant. Mercibus omnibus venditis, in ma-
re se præcipitabant, & Canojs in littus remigabant suis.
Admirabantur magnitudinem & firmã Navis compagi-
nem: nonnulli ad clavum descendebant, usque ad carinam,
aliqui lapidibus pulsabant ventrem, ut tentarent solidita-
tem. Ab alia Insula *Canoa* advolat, quæ nobis nigrum
Aprum juvenem attulit, regium munus referebat esse, nos
Legato huic munus offerebamus, at recusabat recipere;
cum sibi à *Rege* interdictum esset. Post prandium *Rex* ipse
accedit magnâ quadam navi veliferâ, qualis antea est de-
scripta, formâ trahæ glacialis, at triginta quinque *Canoæ*
eum comitabantur. Hic *Rex* à subditis vocabatur *Latou*;
tympanis, & tubis illum excipiebamus, quod illi admira-
bantur, tanquam numquam antea visum, aut auditum.
Honorificè & familiariter nos salutabant externis gesti-
bus, caput reclinando, pugnis caput cædendo, & varijs alijs
cæremonijs. Dum nonnihil à nobis *Rex*, recessisset, cæ-
pit altâ voce clamare & vociferari, quasi suo modo preces
exordiretur, eum reliqui imitabantur, nobis ignorantibus
quid sibi vellet, at judicabamus hanc esse gratulationem.
Paulo post nobis *Rex* mittit Storeolam, comitantibus tri-
bus famulis eam, quibus nos pro munere tanto offereba-
mus veterem Securim, nonnulla Corallia, æruginosos Cla-
vos, & fragmentum quoddam panni lintei, quæ lubens
omnia accepit, ter capiti imponens, caput reclinans, in si-
gnum reverentiæ, & gratitudinis. Incolæ quæ navem ascẽ-
derant, in genua procidebant, pedes nostros deosculaban-
tur;

ur, maximèque admirabantur navem nostram. Hic *Rex* à 1616.
reliquis comitibus, & Nobilibus internosci non poterat, *Majus.*
cum planè etiam nudus esset, tantum ex eo, quod ipsi parerent omnes, & ipse Regiâ majestate præesset. Significabamus ipsis ut *Latou* navem hanc nostram ascenderet, si placeret ipsi. Filius ejus ascendebat, honorificè à nobis exceptus: at *Rex* ipse, aut non ausus fuit, aut noluit ascendere, at monstrabant ut remotissimam Insulam adnavigaremus, ibi omnium rerum esse abundantiam. Mutabamus ab ipsis tres hamos, ex cannâ palustri factos, qualis in Hollandia, at paulo erat crassior, uncis cochleâ margaritiferâ factis. Filius Regis in Insulam paulo post remigabatur, Canoa quâ vehebatur à dextris firmabatur mole quadam ligneâ; huic impositus erat hamus, in piscatum semper paratus.

Die 13. Sole orto, quadraginta quinque Canoæ advolant, ut nobiscum merces suas mutarent, quibus adjunxerant. Classem viginti trium navium veliferarum, formâ trahæ glacialis, nonnullæ harum armatæ erant viris viginti quinque, Canoæ tribus & quatuor: at nos ignari quid vellent. Qui ex Canojs nobiscum negotiationem exercebant, mutabant Cocos nuces clavis, simulantes amicitiam firmissimam, at postea meljus docti sumus. Monstrabant ut ad aliam Insulam navigaremus: at jentaculo sumpto, levatur anchora, navigatur in proximam Insulam. *Rex* qui pridie nos inviserat, navi veliferâ nobis obviam venit, omnes vero altâ voce boabant. Hortabamur eum ut ascenderet, at recusabat, hinc nobis mali orta suspitio; maximè cum omnes Canoæ, & navigia velifera nos circumcingebant, & *Rex* se Canoæ committebat, filius etiam alteri, mox tympanum ciebant, quod in navigio regio erat, mox omnes voce Stentoreâ clamant, quod nos judicabamus signum præludij, ut si fieri posset Navem, & spolia

Indi præliantur adversus Navem sed infeliciter.

1616. ampla auferrent: liquit ex eo, quod navigiolum à Rege re-
Majus. lictum, nos adoriretur, tantâ vi quasi nos obruere vellet, at ita illidebatur navi nostræ ut proræ ambarum Canoarum prominentium in frusta rumperentur, ij quibus commissa erat cura navigij, inter quos & nōnullæ fæminæ, in mare se præcipitant, vēro adverso enatāt, alij lapidibus nos petunt, ut timorem quasi nobis incuterent. At nos non otiosi displosimus sclopos majores, & tria tormenta bellica sphæris obsoletis, & clavis æruginosis farcta, in illos falsarios, ut omnes qui nobis erant à latcribus in aquam insilierint, nos suspicamur nonnullis ereptam fuisse occasionem redeundi domum, quosdam etiam miserè sauciatos, sic fugæ se omnes committunt. Quid sibi vellent tormenta ista bellica non intelligebant, at hoc pacto docti, vitabant ictus mortiferos. Hinc cogitatum est de itinere promovendo, ibatur in occidentem, hinc in Hypafricum. Conjciebamus *Regem* tunc collegisse omnem manum, coegerat enim mille homines, & plures, inter quos erat quidam planè albus. Cum jam emensi eramus miliaria quatuor, socij navales nonnulli petebant, ut rediretur in Insulam istam, & armatâ manu in terram descenderetur, refectionjs gratia, penuria enim aquæ jam erat recentis, at Nauclerus, & Moderator summus non permiserunt. Primam hanc Insulam altam, dicebamus *Cocos* montem, (nostrâ linguâ *Cocos Bergh*.) Alteram miliare unum dissitam, Proditorum: (linguâ nostrâ *Verraders Eylandt*) quod ea collegerat tantam manum proditorum.

Die 14. Sole orto, incidimus in aliam Insulam, oberat à nobis miliaria septem, videbatur planè rotunda, conjecturâ nostrâ aberat à reliquis triginta miliaria. Dicebatur à nobis *Spes*. (Belgicè de *Hoope*) eo curritur, sperantes aquas recentes, & amplissimam refectionem, at cum appropinquamus vadum non attingitur, ideoque Scapha de-

mittitur

mittitur fundum tentatura ad littus, quæ ad jactum sclopi majoris à terra vadum attigit ad ulnas quadraginta, nigrū, molle, lapillosum nonnumquam fundum tentarant ad ulnas viignti aut triginta, at ubi nonnihil recessissent, alta erat profunditas. Hic & nos decem vel duodecim *Canoæ* adoriebantur, at nos neminem ascendentem admittebamus, sed longè humaniter excipiebantur, mutabamus quatuor pisces volatiles nonnullis fasciculis Coralljorum, quos fune alligatos demittebamus à puppi, ij recipientes dona nostra, sua alligabant. Interea Scapha nostra legit littus, ut vadum tentaret, quod cum illi advertissent, eo remigant, accedunt, cum nostris confabulantur, at mox quatuordecim *Canoæ* eam cingunt, fervidiores se mari committunt, ut Scapham manibus everterent, aut obruerent, nostri non inermes sclopos suos majores explodunt (cum sclopetarij sex in Scaphâ essent, reliquis optimè de gladijs minoribus, & hastis erat prospectum) ita ut statim duos in Canojs hærentes, occiderent: alter se in mare præcipitat, alter hæsit, manibus sanguinem à pectore abstergens; at paulo post deficiens in mare se precipitabat etiam. Aspicientibus reliquis hanc Tragædiam fugâ vitam quærunt, qui in littore stabant, magnis clamoribus, & vociferationibus totam Insulam replebant. Itaque cum tuta non esset statio, reducitur Scapha in Navim, ibaturque in Africum, ut oræ Meridionales possint superari, cum certo statuebamus adnavigare terram: Etiam brevia quamplurima hic, ut accessus ad littus non esset tutus. Tota erat rupes nigra, superficie viridis, terra nigra, ornata Cocis arboribus, & virore. Se prodebant etiam nonnulla Tiguria, juxta littus: hinc magnus pagus se ostendit, regio erat montana, nec tamen alta. *1616.* *Majus.*

Die 15. Sub prandium, Poli erat Elevatio sexdecim graduum, duodecim minutorum, cælum erat serenum, fla-

1616. bat Vulturnus:cursus in Occidentem, & Hypafricum.

Majus. Die 17. Flabat Arctapeliotes, Cursus in Hypafricum: duobus postremis quadrantibus iter dirigebatur in Corum: eo die Senatu amplissimo decretum, cum omnia alimenta inciperent deficere, ut jentaculi vice, singulis socijs navalibus propinaretur quotidie semi chopina vini Hispanici.

Die 18. Sub altitudine sexdecim graduum, quinque minutorum, varij venti erant molesti, eo die coactus Senatus est amplissimus nauticus, proponit Nauclerus Guilielmus Cornelij Schoutenjus, nos jam emensos miliaria mille sexcenta in Orientem ab oris *Peru*, & *Chili*, & nihil Terræ Australis detegi, & inveniri, ut spes erat, imo nihil restare quod detegi posset, imo jam ulterius navigatum esse preter institutum in Occidentem, & nisi cursus mutaretur, deventuros ad partem Meridionalem *Novæ Guineæ*, ubi forte transitus nullus esset, quod ulli nunquam constitit, & reditus spem nullam superesse, cum continui venti Orientales istic dominentur, nec permittant quemquam inde redire: addebat & hoc, nobis sobriè de victu prospectum, nec viam ullam comparandi nobis esse, quare judicabat utile esse hoc ipso momento cursum nostrum mutare, & in Septentrionem dirigere, ut ora Septentrionalis *Novæ Guineæ* legeretur, & tandem in *Moluccas* feliciter navigaretur: hoc cum ab omnibus assessoribus pensitatum esset studiose, fore ex re nostra, si ita res nostræ dirigantur, communi omnium Senatorum consensu cursus mutatur in Septentrionem, ne ora Meridionalis Novæ Guineæ incerta, sed septentrionalis certiori via quæreretur, quare iter mox instituitur in Phœnicem.

Die 19. Flat à Meridie ventus, cursus in Septentrionem, in prandio duæ Insulæ apparent, in Hypercæciam, distantes à nobis octo miliaribus, videbantur autem inter se

diffidire tantum jactum tormenti bellici, quare curritur in Arctapelioten, ut terra superatur cælo sereno, at vento languido. *1616. Majus.*

Die 20. Flat Aquilo, dabatur opera, ut varijs cursibus in terram jretur.

Die 21. Ab Oriente flat ventus, aliquando invalescebat: cum abessemus miliare unum à terrâ, viginti Canoæ occurrunt nobis, quas omnes humanissimè accepimus, at quidam Incolarum armatus *Assagaia*, acie acuminatâ, minabatur alicuj e socijs nostris, reliqui etiam vociferabantur altâ voce, ut alij Insulares, quod judicabamus signa esse accessus, quare bis explosum tormentum bellicum, & sæpius sclopi majores, ut duo sauciarentur, quâ de de causâ reliqui fugâ se servabant, projcientes in mare jndusium quoddam, quod ab ambulacro furto sustulerant. Paulo post nonnullæ *Canoæ* nos iterum invisunt, nos propius ad terram accedentes, cum vadum attingi non posset, Scapha exponitur, instructa octo sclopetarijs, ut investigaret profunditatem fundi, cum vero ad nos rediret, sex aut septem Canoę eam adoriuntur, ut invaderent, & socios armis privarent, quare coacti armis defensione datis se tueri, sclopos arripiunt, explodunt, ut sex uno momento perierint, multique sauciati, remigabant enim in Canoam unam, viduam omnibus remigibus, excepto cadavere uno, quod pedibus hærebat in navigiolo, at ab ipsis in mare projciebatur: illam Canoam nostri ad navem adducebant, in quâ clava nodosa reperiebatur, socio fusie, formam mediæ lanceæ habente. Nostri de nocte ad nos redeunt, vado non reperto, quare eâ nocte juxta littus varij erant cursus.

Die 22. Opera dabatur, ut terra superaretur, superatur, Scapha in littus mittitur tentatum, tentatur ad ulnas quinquaginta vado testaceo, ad teli jactum à littore, quod paulatim ascendit ad ulnas triginta, & triginta quinque, missaque

1616. Majus. que est anchora ad ulnas triginta quinque vado testaceo, dum tutior locus reperiretur. Nauclerus noster Scaphæ & lintrj se committit, ut sibi de loco tuto prospiceret, invenit, propeNavem nostram, in sinu quodam, juxta rivulum aquam recentem mittentem, quo statim Navis dirigitur, at cum ventus occurrit contrarjus, statim anchora jacitur, ut in sinu stantes, vix lapidis jactum abessemus à terrâ, intra pulvinum ad ulnas novem, vado testaceo, quatuor rudentibus istic figitur Navis: aqua marina hic erat quieta, & rivulus de monte fluens, se evomebat in mare, juxta nostram stationem, ita ut si nostris animus esset haurire aquas aut quid in littore moliri, Incolæ vero ipsis essent molesti, tormentis bellicis ipsis posset succurrj. Eo die quamplurimæ nos visitabant Canoæ, nonnullæ adferebant nuces Cocos, & radices *Vbas*, aliquæ unum, aut duos assatos Porcos, quos mutabamus vilioribus cultellis, Corallijs, & clavis. Hæc natio etiam est furax, peritissima in natationibus, & urinando, ut Incolæ vicinarum Insularum. Eorum casæ dispositæ erant juxta littus, in rotundum fabricatæ ex folijs arborum, in vertice acuminatæ, ne aquas admittant, spatiũ habent viginti quinque pedũ in circuitu, at altitudo earum est decẽ aut duodecim pedum, ianuę intrantur dorsis incurvatis, in ipsis videre erant herbæ siccæ, ut fænum, cui incumbebant dormientes, splendebat etiam in illis Hamus unus aut alter, at in nonnullis lignea clava: hęc omnis supellex, & subditorum, & Regis.

Die 23. Mutabamus multos Cocos, & radices *Vbas*, quas Canoę adferebant: eâ horâ maximus hominum cætus convenit in littus, qui advenerat ex varijs Insulę oris, ut navem videret nostram.

Die 24. *Andreas Nicolaides, Reynerus Simonis, Snoeck* assessor, cum custode atrij nostri *Cornelio Schoutz* in terram properant ut obsides essent, jam enim cum Incolis hisce con-

to sab:
dis, et
t per
ff:

timorē
nitum
maior



utracta erat amicitia, sex ex primoribus erant in navi 1616.
ostrâ, qui amicè à nobis tractabantur, tam cibo, quam Majus.
otu; etiam honorarijs, sic & illi nostros excipiebant, exhibentes Cocos, & radices Vbas, aquamque recentem. *Rex* gijs suis muneribus erat liberalis, dono dans quatuor orcellos: Socij nostri non negligentes in curâ corporis eo e repleruns vasa maxima quinque aquâ fluviatili, per- issu Incolarum: nam cum nonnulli propius ad Scaiam accederent, ipse Rex jubebat eos discedere, aut famus mittebat, parebant ei profectò omnes subditi. Accidit furto sublatus esset gladius minor, indicabamus Nobili idam; illi alijs mandabat ut restitueretur, ipso momento r inquiritur, & licet jam in fuga esset, reducitur. Ensis e Persicus ante pedes deponitur nostros, & fur fustibus litur, monstrabantque digitis ad collum, si *Herico*, id est x sciret, actum jam esset de vitâ ipsius, caputque ei amtaretur, at postea nihil furto est sublatum, neque dum esmus in Insulâ, neque in Navi, imo ne piscem quidem ntingere audebant à nostris captum. Hi maximè terrentur sonitu tormentorum bellicorum, nam si fortè quis splosisset sclopum majorem, omnes timidi, & tremendi aufugiebant: nec minimum terrorem hoc ipsis inssit, cum indicabatur quid violentius majoribus istis rmentis bellicis præstari posse. Quod *Rex* optabat vide-, & audire, at cum accidebat, omnes tantus timor & admitio invasit quantus unquam. Ambo *Reges* sub Vmbralo (quod eorum linguâ *Belay* est) sedentes, licet à nobis oniti serio, detineri non poterant, quin in fugam se conicebant, quærentes sylvas & antra, legatosque nostros relinquentes. Paulo post horrore pænè exanimati ad nostros deunt.

Gladius furto sublatus ab Indis, et restitutus, et fur castigatus.

Nota hunc timorem Indorum ob sonitum tormentorum maiorum

Die 25. *Andreas Nicolai, Nicolaus Iohannides*, & Daniel *Maire*, in Insulam navigant, ut Porcos sibi compara-

 rent, at

1616. Majus. rent, at negabant Insulares. *Rex* absolutis precibus, quas solet fundere nobis terram conscendentibus semper, honorificè excepit nos, & nos illum.

Die 26. *Moderator* noster summus *Iacobus* le *Maire*, & *Andreas Nicolaides*, in Insulam properant, at Porcos ab Incolis mutare non poterant, cum eorum esset penuria apud illos, videbatur ipsis cibus quotidianus, cum radicibus *Vbis*, & nucibus *Cocis*, & *Bananis*. Nostri erant ipsis accepti, & honorificè excipiebantur, per Storeolas ipsis incedendum erat, & *Rex*, cum vicino *Rege* dabat ipsis suas Coronas, imponebatque *Iacobo* le *Maire*, & *Andreæ Nicolai* capitibus, Illi vero non ingrati munera vilissima obtulerunt Regibus, quæ magni illi faciebant. *Coronæ* hæ constructæ erant oblongis, tenuioribus albis plumis, quæ superiori & inferiori parte ad finem ornatæ erant, parvis albis & viridibus plumis, cum Perrequitis abundent, & Columbis, quæ ibi in pretio. Omnes enim consiliarij Regij Columbâ erant ornati, fusti insidente. Hæ columbæ supremâ corporis parte sunt Albæ, usque ad alas, reliquâ nigræ, at ventre rubræ. Eo die nobis de aquâ prospeximus, quamplurimosque *Cocos* & *Vbas* radices mutavimus.

Die 27. Et vigesimo octavo: Impleta sunt pænè omnia vasa nostra, Nauclerus *Guilielmus Cornelij Schoutenius*, & *Andreas Nicolaides* Insulam adnavigarunt, cum tubicinibus, (cum *Rex* eo sono delectaretur) at magno labore duos Porcos impetrarunt. *Rex* vicinæ Insulæ eo die invisit Regem hunc, & mutuis muneribus oblatis, honore maximo alter alterum excepit, adhibitis miris cæremonijs, radicibus, alijsque rebus vilioribus: tandem miris gestibus alter indignatur, hanc judicabamus causam, quod *Rex* alterius Insulæ statuerat navem nostram lustrare, & si fieri posset detinere nos invitos, cui hic noluit suffragari, metuens si hoc concederet, non ex proposito omnia succederent, & noxium

Corone Regum ex plumis constructe.

Reges Indorum delectabantur sono Tubicinum

Rex alterius ye wolde detinere Naue Batauorum.

.oxium finem sortirentur. *1616.*

Regis filius Navem nostram accessit, magnificè exci- *Majus,*
iebatur, at singula admirabatur. Vesperi socij nostri cum
isularibus saltabant, quod gaudio ipsis fuit, cum viderent
ostros ita liberales, & syncero animo suos lusus exercere.
'andem nobis cum ipsis tanta fuit familiaritas, quasi in
roprijs ædibus, & vicis viveremus.

Die 29. Summo manè *Moderator Summus Iacobus* le
Maire, Andreas Nicolaides qui fuerat Moderator *Celocis*, cum
Nicolao Iohannidis Ban vice-mercatore, & Rectore quodam
i Insulam navigant, hinc ad jnteriora terræ properant,
iontes ascendunt, ut viderent quos fructus aleret, & situm
mul lustrarent, cum jam ascendendo essent occupati, ac-
essit eos senior *Rex*, cum fratre, ut comes ipsis esset deam-
ulationjs. Apparebant ipsis meræ solitudines, valles nō-
ullas pluviâ in genti planè steriles reperiebant, etiam co-
orem rubeum, quo fæminæ faciem pingebant. Cum ad-
erterent hanc viam per loca montosa nobis molestam
sse, aliam breviorem & faciliorem ad Navem monstra-
ant, juxta arbores Cocos, fructibus luxuriantes, jubent
os sedere, minor Rex funiculum pedi alligat, festinanter
rborem ascendit altissimam, momento uno decerpit de-
em nuces Cocos, & arte quadam ligno eas adaperuit, mi-
im visu. Significabant nobis se aliquando cum Insulari-
us vicinis bellum gerere, monstrabantque quamplurima
tibula in montibus, ex quibus tanquam insidijs solent
ostes adorirj, eratque hoc ipsis in votis, ut alteram Insulā
navigaremus, tormentorumque bellicorum usu, dam-
um inferremus, at cum non esset ex re nostrâ, recusavi-
ius. Sub Meridiem nostri ad nos redeunt, comitati ju-
iorj Rege, & fratre ejus, qui nobiscum prandebant. Cum
ccumberemus significabamus ipsis nos post biduum co-
tare de discessu, quare gaudio excultans junior Rex, à

Maxima familiaritas Battauorum cum Indis.

Battaui in terra descendunt Montes ascendunt.

Nota de hoc Rege.

 mensa

1616. Majus. mensa surgens, ambulacrum petit, suisque nunciat biduo elapso nos discessuros. Licet humaniter à nobis tractarentur, metus tamen ceperat eos, nos invasuros eorum Insulam. Promittebat nobis si vellemus biduo elapso discedere decem porcos, nec deesset cocorum copia, quos *Ali* appellant. Absoluto prandio *Rex* ipse nos invisit, erat Vir gravis, annos natus sexaginta, comitatus sexdecim Nobilibus: Magnificè eum accepimus. Cum navem conscendisset in faciem procidit, fundit preces, postea deducitur in ventrem; ibi rursus precatur, mirabatur singula, quæ videbat, & nos ipsius mores. Comites ejus pedes nostros basiabant, manibus suis, capitibus imponebant, & collis, ut se subditos nostros esse significarent. Rex interea totam navem obambulat, videbatur quasi somnio quodam abreptus admiratione, maximè cum videret tormenta hæc bellica majora, quorum sonitū ante biduum audierat in suum honorem, at cum horrore. Cum singula *Rex* perlustrasset, reditum in Insulam, Regiam suam parat, & magnâ reverentiâ à nobis demittitur. Nostri legati illum in Insulam deducunt, usque ad Vmbraculum, quod solet ei esse sedes quotidiana: hinc inambulant cum Rege juniori, sub vesperam revertuntur. Sole occidēte, cum luna succederet, legatus noster Andreas Nicolaj piscatum abit, quo opere absoluto Regem adit, deprehendit Virgines nonnullas planè nudas, trepudiantes in conspectu Regio: Instrumentum musicum, formam canalis referebat, ad cuius sonitum & modos, artificiosè & hilariter saltabant, ut omnes spectatores Batavi mirarentur hæc videre, apud homines planè Barbaros. Mediâ nocte ad nos redeunt piscibus onusti.

Die 30. Summo mane *Rex* nobis honorarium mittit, duos Porcellos. Eodē die Rex vicinæ Insulæ hunc Regem munificum invisit, adferens sexdecim Porcos, & comites trecentos, herbis viridibus circumcinctos, quibus potum suum

pach
ibus
n vo:

potio:
m fr:
ba
gua

rcula
Porcis.

porca:
m Bal:


Cocos Eylandt
Isle de Cocos
Verraders Eylandt
Isle des traistres

lium conficiunt. Cum alter alteri occurreret, cœpit miris 1616.
cæremonijs & reverentiâ quadam, se flectere, in faciem Majus.
procidere usque ad terram, fundere preces, multis & aliis
clamoribus, & magno zelo, ut videbatur. Hic etiam noster
Rex ei obviam processit paribus gestibus, & reverentia
cum amplectens: post multas gesticulationes, surgunt, &
sub umbraculo consedere Regio, convenerunt in eum locum homines nongenti. Vbi consederant, rursus preces
auspicantur, ut solent, capitibus demissis & flexis in terram,
plaudentes, quod mirum erat nobis visu. Post prandium
Iacobus le *Maire*, & *Nicolaus Ban* accersuntur, Andreas Nicolaides ante prandium in Insulam devectus erat, sequuntur illi, quatuor tubicinibus & uno tympanista, Regemque accedunt, simul omnes tubâ canunt, & tympanisant
præsentibus Regibus duobus, quo maximè delectabantur.
Paulo post nonnulli Rustici vicinæ Insulæ Reges accedunt, herbarum fasciculos adferunt, quam *Kavam* dixere
ea erat quam & trecenti isti homines attulerant; cæpere
omnes simul herbas mandere, mansas ex oribus educebant, ligneoque vasi imponebant lato, cumque magnam
copiam collegissent, aquam immiscebant, agitabant, condepsebant, hinc *Regibus* offerebant, bibunt largiter; nec
minus omnes astantes Nobiles. Illud Nectar & nobis offerebant, sed nobis non placebat præparatio, multo minus
sapor. Adferebant etiam radices *Vbas* assas, & sexdecim Porcos, quibus exta tantum erant exempta, lapidibus calefactis, & candentibus injectis, sanguine nec sordibus ablotis, fætis tantū adustis, erant ipsis ferculum, quale nobis optimè elixum aut assum. Reverenter hi suos Reges venerabamur; omnem enim cibum quem *Regi Herieco* offerebant, capitibus primum imponebant, mox in genua prolabebantur, apponentes. Duos ex his sexdecim Porcis nobis donabat, munus profecto non aspernandum. Primum

Cerimonie facte a duobus Regibus in se invicem recipientibus.

Nota hanc potionem Regiam paratam ex herba mansa, et aqua.

Nota hic fercula Regia ex Porcis.

Munus 16 porcorum donatum Batavis.

 legati

1616. legati capitibus suis imponebant, flexis genibus magnâ
Majus. quadam reverentiâ pedibus nostris proponebant, tanto muneri etiam addebant undecim vivos Porcellos nos vero non ingrati donabamus eos tribus æneis pelvibus, quatuor cultellis, duodecim clavis æruginosis, & nonnullis Corallijs, quibus illi gaudebant. Hoc festum magnâ animi hilaritate à nostris socijs visum, sub vesperam omnes ad Navem redeunt.

Munera Batavorum data Indis.

Die 31. Matutino tempore ambo *Reges* Insularum navem nostram invisunt; cum insigni Nobilium comitatu, suo modo. Proceres omnes colla folijs virentibus Cocorum exornarant, signa quæ erant ipsis pacis. Observantiâ summâ accepimus, ut & illi nos, ducebantur in Atrium, & totâ navi, cum singula lustrassent, sex porcos nobis obtulerunt. Reges ipsi primum hæc dona capitibus imponebant, hinc pedibus proponebant magnâ honestate, capita flectentes humi, interea Munera hæc auferuntur, reducuntur in Atrium, donantur ipsis duo fasciculi Coralliorum, unicuique *Regi*, duo cultri, & sex Clavi, sic magnificè à nobis honorabātur, Insulam repetentes. Moderator noster summus *Iacobus* le *Maire*, reducebat eos in Regiam suam, mox efferunt ei, tres Porcos quos in Navim detulit, at nos itineri nos accingebamus, maximo omnium Incolarum gaudio, quos semper iste timor vexabat interitus & invasionis. Hæc gens erat magnæ staturæ, mediocris enim formæ viri, nostros superabant maximos: at qui inter eos maximi gigantes videbantur, valebant viribus, corporis figurâ non improbandâ, veloces in cursu, natatores præstantissimi, & urinatores audacissimi, colore fulveo subnigro, comā varijs modis ornabant, nonnulli crispabant, aliqui in villos reducebant, quibusdam redactæ erant in quatuor, quinque, sex cincinnos: Dictu mirum: nonnullis capillos stetisse erectos ad longitudinem quadrantis

Signa pacis.

Hi Indi sunt magni staturæ et Gigantes videbantur, velox et Natatores

Nota capilli erecti stantes.

# # #

drantjs ulnæ, in modum ſetæ porcinæ. *Regi* erat cirrus oblongus à ſiniſtrâ capitis parte, dependebat uſque ad coxam, duobus nodis ſubnexus. At Nobiles duobus cincinnis ſuperbiebant, ab utraque etiam parte capitjs dependentibus, planè erant nudj tam viri quam fæminæ, tantum quæ natura tecta volujt tegebant. Formâ inhoneſtâ Mulieres, facie & corpore, ſtaturâ breves, capillis abraſis, ut viris Hollandis, uberibus dependentibus, quæ nonnullis extenſa erant uſque ad ventrem in modum ſaccorum: erant impudicæ, honeſtatis vincula ſolvebant omnibus præſentibus, in conſpectu pænè Regio, ſub Storeolis. Cultus Dej, aut Deorum nullus apud eos, nec ulla relligio apparebat, in Rege, avt plebe, ſed incurij vivebant omnes, ut aves cæli. Nec emptionis, nec venditionjs apud eos erat uſus: ſed noſtra munera, eorum dona provocabant. Nec ſerebant, nec metebant, nec ullis laboribus corpus fatigabant, terra omnia ipſis producit ad victum & amictum neceſſaria, ut Cocos, Vbas, Bananas, & hujuſmodi fructus. Mari refluo nonnumquam iſtic mulieres locis ſiccis, piſciculos captât, etiam hamis cum libet, quos crudos devorant: ita ut iſtic videre liceat auream ætatem, tantopere à Poëtis decantatam. Sub diſceſſum jndidimus nomen huic Inſulæ, *Hornæ*, à patria urbe *Horna*, & ſinuj quo ſtiteramus Navem noſtram, *Concordiæ*, à navi noſtrâ, ita dictâ. Totum diem naturalem dabant operam Socij ut anchoras educerent, & alto nos committeremus. Rudens unus, vado acuto quaſi limâ abraſus erat, ut jacturam fecerimus unius anchoræ: Miſſilis hinc anchora ejecta eſt, rudens ſcopulum amplectitur, at dum reducitur vi, abrumpitur, ſic & ſecunda anchora perit.

1616. *Majus.*

Hic ſinus ſitus eſt à parte Meridionali Inſulæ in anfractu quodam, ab uno latere ſe prodit pulvinus, qui mari refluo ſe oſtendit, ab altero terra eſt firma, at juxta littus

ſunt

1616. sunt rupes. Quatuor rudentibus, & totidem anchoris mu-
Majus. nita erat navis nostra, ad teli jactum à Rivulo, quo aqua recens defluebat. Si posita fuisset ad ipsum rivulum tutior fuit statio: hic non licebat nobis parere fluxui aut refluxuj maris, ob angustiam. Absoluto prandio vela ventis dedimus, cursus primus erat in Lipafricum, usque in vesperam, ut libero mari navigaremus, hinc in Occidentem curritur, flante ab Oriente Æolo, gaudentes in Insulâ istâ tam hilariter & commodè nos refectos esse, & nobis optimè prospectum aquâ recenti, nonnullis Porcis, radicibus Vbis, & copiâ maximâ Cocorum & Bananarum. Statio nostra erat sub altitudine Polari quatuordecim graduum, quinquaginta sex minutorum.

Iunij. Calendis *Iunij*: Prandio absoluto, altitudo erat Poli tredecim graduum, quindecim minutorum. Flabat ab Oriente ventus, cursus in Septentrionem.

Subsequentibus diebus venti Orientales erant continuj, cursus erat in Phænicem, etiam in Occidentem, maximè in Hyperargesten, progressus toto tempore erat laudabilis: Decimoquarto die poli erat elevatio trium graduum, quadraginta quinque minutorum, Apparebant eo die aves quamplurimæ, cursus erat in Occidentem, & Lipafricum: Motus marini ex Euronoto.

Die 20. Ventus erat ab Arctapeliote, ibatur in Occidentem, sub vesperam prodebat se terra, eâ nocte ferebamur sine velo, ne in littora jnciderемus, eramus sub Poli altitudine quatuor graduum, quinquaginta minutorum.

Die 21. Flabat ab Oriente ventus, ibatur rectâ in Insulam, prorsus depressam, acceditur, brevia deprehenduntur, vergentia in Caurum ab Insuljs, ubi tres aut arboribusque tres aut quatuor erant conjunctę, exiguæ, arboribus consitæ. Mox Canoæ duæ nos adoriuntur, eâ formâ quâ superiores, at paulo majores ut quinque aut sex homine:

nines admitteret. Hæc gens non erat dissimilis alteri, ca- 1616.
em utebatur linguâ, colore nigriori: Omnes verenda te- *Iunjus.*
ebant, arma ipsis erant arcubalistæ, hic primi arcus se of-
erebant in mari Australi. Donabamus ipsos Coralliis,
& clavjs, at nos in Occidentem ducebant quod & ibi Insu-
æ, quas *Rex* habitabat, omnibusque rebus necessarijs af-
luere: quare & cursus in Occidentem dirigitur, cum statio
ulla esset tuta. Hæc Insula vergebat à nobis in Circium &
Hypafricum : sub poli altitudine quatuor graduum, qua-
raginta septem minutorum.

Die 22. Flat Eurus, cursus in Occidentem, & Mesarge-
ten: Elevatio Poli quatuor graduum, quadraginta quin-
que minutorum. Toto die civili fervebat ventus, cælo se-
reno: apparebant etiam duodecim & tredecim parvæ In-
sulæ contiguę, vergentes in vulturnum, & Caurum, milia-
re unum & semi, at nos salutabamus eas, à sinistris.

Die 24. Flabat à Meridie ventus: inter prandendum se
prodidit terra à sinistris, tres erant Insulæ, dissitæ à nobis in
Africum, virebant arboribus consitę, duæ se extendebant
ad duo miliaria, at una erat brevior, littoribus scopulosis,
& rebellibus, nec vadum erat tutum, diximus eas Insulas
Virides. y. le Virides.

Apparebat alta dehinc Insula, septem aut octo collibus
superbiens, aspiciebamus eam in Mesargesten: Varij erant
cursus de nocte, ut tuta esset navigatio, aurorã exspectãtes.

Die 25. Sub Auroram, cum tentabamus Insulam supe-
rare à prorâ in Africum, alia terra apparebat altissima ju-
dicabatur promontorium *Novæ Guineæ*, eo curritur, relin-
quentes istam Insulam altam, quæ partem Occidentalem y. le Divi Joannis.
spectabat, cui nomen dedimus. Divi *Iohannis*, quod ejus
festo se nobis obtulisset. Ante prandium accessimus ad
eam, littus legebamus, duce Euro, vadum non erat tutum:
Scapha demittitur tentatum, lambit littus à dextris Na-

H vem

1616. vem relinquens, cum vero propius ad terram oberrare
Iunius. duæ aut tres Canoæ Æthiopibus instructæ advolant, eran
prorsus nudi, nec naturalia tegebant, fundis petebar
violenter, at cum sclopetarij par pari referebant, in fugan
se committunt. Scapha redit vado non deprehenso, narra
hos aliâ linguâ uti. Legebamus oram totam, altam, viri
dem, amænam visu, apparebant agri culti. Sub vesperan
promontorium quoddam superatur, itur in sinum quen
dam, anchora jacitur ad ulnas quadraginta quinque, vad
inepto, & inæquali. Sub occasum Solis Canoæ duæ no
invisunt, conveniunt nos, at quid vellent intelligi non po
tuit. Totâ nocte ignes crebri apparebant in littore: à qu
distabamus jactum unum tormenti bellici majoris, juxt
flumen, de nocte lunæ splendor erat gratus & cælum sere
num, aura flat à terrâ. Sole orto aliquot Canoæ, sub um
braculum adremigant, quibus Corallia nonnulla offere
bamus in signum amicitiæ, indicabamus ipsis ut Cocos
Porcos, Boves, aut Horcos, nobis adducerent, si modo ipsi
essent, at illi continuis clamoribus & vociferationibu
navim nostram obibant, suo modo, erant homines plan
agrestes, nigerrimi, deformes. Hæc terra quantum licuj
nobis conjecturâ assequi, dissita erat ab oris Peru mill
octingenta, quadraginta miliaria.

Distantia a Peru.

Die 26. Octo Canoæ advolant, quarum una undecin
hominibus onusta, reliquæ quatuor, quinque, sex septer
viris. Circumibant navem nostram, optimè suo mod
armati, scilicet Assagaijs, lapidibus, clavis, gladijs ligneis, &
fundis. Principia familiaritatis ordiebamur, donantes Co
rallijs, alijsque vilioris pretij, Indicabamus ipsis ut in ter
ram navigarent, & Cocos, Porcos, Gallinas, reliquosqu
ejus generis fructus adferrent, sed aliud latebat mente
mox enim lapidum jactibus seviebant, nec deerât fundor
& Assagiorũ impetus, spe superandi nos, at nos nõ inpara
ti i

Indi cũ Canois ad Navem.

Indi hi infidi, et aliquot eorũ sauciati, et capti à nostris

ita satisfecimus ipsis sclopis majoribus,& tormentis bel- 1616.
cjs , ut ipso momento decem aut duodecim perierint , Junius.
naximam Canoam deserentes, & tres minores , mari se
edunt,ut enatarent, Scapha demittitur , inter natantes
avigatur,nonnullos trucidant, tres etiam captivos addu-
unt, valde sauciatos,Canoas etiam desertas quatuor, quas
nox in frusta secabant,in usum Coci:Sauciatorum vulne-
a reficiuntur,unus eorum dum reficitur perit.

Horâ prandij Scapha nostra captivis onusta duobus in
ttus properat, quod legit , altâ voce monebant suos ut
orcos, Bananas, & Cocos adferrent , mox una accedit
anoa , porcellum cum fasciculo adferens Bananarum.
retium redemptionjs unius captivi statuebantur Porci Preciu redemptionis.
ecem,alter vehementer sauciatus demittitur , cum spes
itæ deesset. Nares harum gentium erant perforatæ, quas Nares habebat perforatas.
uobjs annulis ornabant,ab utraque partem uno: profe-
to admirandum. Apparebat alia quædam Insula dissita
magnâ hac in Septentrionem.

Die 27. Vasa omnia vacua, recenti aquâ implevimus,
o die oblatus nobis est Porcus, nonnullæ aves hic planè Aves rubeæ.
ubeæ se nobis offerebant.

Die 28. Invisebant nos quidem Canoæ aliquot , at
ommeatum non adferebant, nec animus erat ipsis capti-
um Civem hunc redimere , quare à nobis suis restituitur Captivus restituitur
ne ullo pretio. Videbantur hi esse *Papoos* , comas non absq pretio.
ebant,comedebant *Betele* calce additâ. De nocte ancho-
a levatur, vento languido.

Die 29, Varius erat ventus, cursus in Caurum , & Me-
otrachiam,cælo sereno , at pomeridiano tempore tran-
uillitas aeris erat molesta. Sub vesperam non apparebat
nis Insula licet legeremus littus, vergens in Caurum,&
Hyperargesten,multis sinibus, & anfractibus. Eodem die
offerebant tres aliæ montosæ Insulæ , dissidentes à ma-

 gnâ

1616. gnâ. Insula quinque aut sex miliaribus in Septentrionem
Iunius. Poli erat Elevatio trium graduum, viginti minutorum.

Die 30. Manè, cum ferebamur tranquillo aere, multa Canoæ, Æthiopibus onustę accurrunt, qui primo access Assagaias capitibus imponentes frangebant, in signum pacis, nihil adferebant, omnia desiderabant, videbantur h meliores & honestiores, tegebant enim tegenda, at folijs forma etiam navigiolorum erat aptior, in prorâ, & pupp imaginibus ornata, Barbis superbiebant, calce eas illinen tes, & capillos. Tres aut quatuor Insulæ nobis conspicuæ virebant Cocis. Nihil nobis adferebant licet monstrare tur ipsis esculenta nobis deesse, totum diem hæreban apud nos, sub noctem redibant in patriam suam.

Iulius. Calendis *Iulij*, sole orto, cum de nocte malaciâ, & flu mine secundo pænè duo miliaria navigassemus, hære bamus intra Insulam duorum miliariorum, & terram fir mam *Novæ Guineæ*, jentaculo absoluto viginti quinqu Canoæ allabuntur ab Insulâ, armatâ quadam manu; eran isti Insulares qui pridie, signa quædam pacis fictæ osten derant, Assagaias frangendo, at latuit dolus, cum enin tranquillitate aeris non licebat progredi nobis ex sentētia statuerant invadere nos. Duæ anchoræ à prorâ depende bant, pænè usque ad aquas, ijs se credebant, unicuique an choræ unus insidebat, remo uno, quo solent Canoas remi gare, idem hic tentabant miseri, ut sic littori nos illide rent, reliqui circum ibant navem; at nos nostra curaba mus. Tandem fundis & Assagais bellum aggrediuntur, u quem sociorum læserint, primus hic qui tanto itinere læ sus erat, cum jam bello fervebant, & pænè negotium vide batur transactum, displosimus tormenta nostra bellic superiora, & sclopos majores, ut statim duodecim aut tre decim perierint, quamplurimis sauciatis. Dum fugam me ditantur, nostri remigando eos assequuntur benè armati

Indi infidi aggre diuntur Navem sed facillime fuerunt partim mortui, et partim fugati.

inva

invadunt Canoam quę viros tres habebat, unus jam fatis cesserat, duo effugiunt, alter natans trucidatur, quod cum socius hujus advertisset, se gratiæ nostrorum commisit, erat adolescens annorum octodecim, quem Moysen diximus, in gratiam socij nostri sauciati. Sub vesperam vento laudabili ferebamur juxta littus, cursus erat in Corum, & Hyperargesten. 1616. Iulijus. ex Indis fit unus captivus, qui impositum fuit nomen Moyses. #

Die 2. Elevatio erat Poli trium graduum, duodecim minutorum, à sinistris apparebat eo die terra quædam depressa, etiam Mons excelsus: à prorâ conspiciebatur etiam Insula non alta: ibatur in Corum moderato progressu, aquâ non turbulentâ, flante Cæcia.

Die 3. Iterum Regio montosa se prodit, dissita à nobis in Occidentem, à superiori insulâ vero quatuordecim miliaribus: sub altitudine Polari duorum graduum, quadraginta minutorum.

Die 4. Dum præterlabimur quatuor Insulas, apparuere nobis à dextris viginti duæ aut tres aliæ Insulæ, parvæ, & magnæ, altæ, & depressæ, at duæ aut tres à sinistris relictæ sunt. Erant pæne contiguæ, aliquę distabant miliare unum, & semi: nonnullæ tantum jactum unum tormenti bellici, sub altitudine Polari duorum graduum, viginti quinque & triginta plus minus minutorum. Sperabamus sub vesperam stationem tutam, at cursus sistebatur sub noctem, quod nos oppresserat. Sub vesperam apparebat velum juxta hanc Insulam proximam, videbatur ad nos accedere, sed tenebræ nocturnæ non permittebant, at sole orto ventus adversus repputit nos ab eâ, licet non longè abessemus.

Die 5. Flabat vulturnus, huic successit Eurus, currebatur in Mesolibonoton, & Africum, tonitru & pluvia nos vexabant: Elevatio erat Poli trium graduum, quinquaginta sex minutorum.

1616. Iulius. Die 6. Ventus iracundior aliquando, mox tranquillior, adjunctâ pluviâ, fulgure, tonitru: Ante prandium se offerebat mons excelsus, in Africum, quo cursus dirigitur. Subdubitabat Nauclerus noster num esset *Banda*: ob similitudinem montis *Goemenapi* in Bandâ, & parem altitudinem, sed propius accedentes tres aut quatuor comites se prodebant, à parte Septentrionali prædicti montis, hinc innotuit nobis error. Post montem tam in Orientem quam Occidentem se offerebat terra quamplurima, in infinitum se extendens, partim plana, partim montosa vergens in Eurum, hinc suspicamur *Novam Guineam* esse, cum vero nox oppimeret nos, ibamus languido cursu.

y.^la Vulcania.

Die 7. Sub auroram cursum dirigimus in Montem altum, qui flammas evomebat, & fumos, quare à nobis dicebatur vulcania Insula: Flabat vulturnus, cælo sereno. Hæc erat habitata, arboribus *Cocis* luxurians. Incolæ navem nostram Canojs adoriuntur, meticulosi erant, loquebantur nobis, sed quid sibi vellent non capiebamus, nec ipse noster captivus *Moyses*: toto corpore nudi, exceptis verendis, comam nonnulli alebant, quidam non. Vadum hic non poterat attingi, nec anchora tuto poni: in Septentrionem, & Caurum aliæ Insulæ apparebant: curritur in Hyperargestem, ad planum promontorium, quod à prorâ conspiciebamus, & sub vesperam accessimus, collecta inde vela, & nocte totâ ferebamur pro libidine æstus marini. Varij hic colores aquarum occurrebant, viridis, albus, flavus, quos judicabamus ex rivulis defluere; sapor etiam indicabat non esse marinam. Ferebantur hic quamplurimæ arbores, folia, rami per undas, quibus aves, & Cancri insidebant.

Varij colores Aquarum.

Aves, et Cancri insidebant arboribus, ramis, et folijs natantibus [illegible] aquas.

Die 8. Varij venti erant molesti, cursus noster in Occidentem, hinc in Africum, mox in Corum, cælo sereno,

processu laudabili: à dextris Insula alta, à sinistris plana regio, nonnihil interrupta, ibatur in eam, sub vesperam allabimur, demittitur anchora vado arenoso fido ad ulnas septuaginta, ad teli jactum à littore. Nonnullæ Canoæ obviam ibant, onustæ nescio quibus hominibus, capillis abrasis pænè, & in crispos reductis, annulis affixis ad nares, & aures, plumis capiti & brachio impositis, dentibus porcorum circum colla, & pectus ornatus gratiâ dependentibus. Comedebant *Betele*, omnibus vitijs corporum videbantur laborare: hic erat luscus, alter crassitie pedum laborabat, quidam brachiorum, & sic deinceps: judicabamus hic Medicorum esse penuriam: Casæ eorum stipitibus erant impositæ, superantes altitudinem octo aut novem pedum. Elevatio erat Poli trium graduum, quadraginta trium minutorum: Prodebat hic se species quædam Zinziberis.

1616. Julius.

ornamenta, et Ægritudines quorundam Indorum.

Die 9. Manè, posita cum esset anchora, Scapha demittitur ut stationem tutam quæreret, redit, nunciat. Sinum commodum deprehendisse, quo iter instituitur: jactaque anchora ad ulnas viginti sex vado tuto, arenoso, argillâ admixto. Hic erant duo Pagi, quorum Incolæ Canojs suis nos accedebant, nuces Cocos adferentes, at in pretio ipsis erant, cum offerrent quatuor nuces repetebant ulnam panni lintej, quem maximè desiderabant. Nec deerant ipsis Porci, quos magni faciebant, difficiles erant in adferendo commeatu, licet instaremus ob necessitatem maximam.

Eodem die hæc portio omnibus Socijs navalibus est distributa: quisquis recepit quinque libras panis, heminam unam (quam nos *Mutsien* dicimus) & semi olej singulis hebdomadibus, tantundem vini Hispanicj singulis diebus: cum poculo minimo vini stillatitij. Pisa, fabæ, far factitium, erant absumpta: nec supererant carnes, laridum, pisces:

Annona in Naui.

1616. Iuljus. pisces: Ignorabamus etiam quo loco essemus, an prope Insulas Indiæ, nec ne: nec certo nobis constabat quod littus quotidie lamberemus, num esset *Nova Guinea*, at suspicabamur, tantum, omnes enim Tabulæ nauticæ aliam terræ ideam referebant, quam nos aspiciebamus. Sub vesperam molesta erat vehemens pluvia, nec deerant tonitru, & fulmen, de nocte cælum erat nubilosum.

Die 10. Iterum viginti Canoæ accedunt, viris, mulieribus, & pueris onustæ, nudi toto corpore, exceptis verendis, nihil vero adferebant quod alicujus esset pretij.

Die 11. Manè vela demittuntur, aucritur in Hyperargesten, hinc in Corum, juxta littus, aliquando alto nos committentes, distabamus duo, tria miliaria, terra tamen semper erat conspicua, at dum prandetur præterlabimur promontorium altum. Hæc regio *Novæ Guineæ* vergit in Hyperargesten, nonnumquam in Occidentem, aliquando nonnihil in Septentrionem.

Nova Guinea situs.

Die 12. Ibatur adhuc in Corum, legitur littus, cælo sereno, at æstu Solis fervente. In prandio Poli erat altitudo duorum graduum, quinquaginta octo minutorum: nec deerat nobis æstus maris prosper, tendebat enim in Occidentem, ut & totâ orâ *Novæ Guineæ* maritimâ.

In Noua Guinea æstus semper in occidentem tendit

Die 13. Et decimoquarto, legitur adhuc littus; occurrit nonnumquam scopulosa, aliquando plana terrâ.

Die 15. Non mutabatur ventus, nec cursus, cælo sereno: Prandio absoluto conspeximus duas Insulas habitatas, at depressas, distantes miliare semi à terrâ, Cocis arboribus abundantes. Eo itur, vadum repertum ad ulnas quadraginta, triginta, viginti quinque, viginti, imo sex; & quinque, at jacta est anchora ad ulnas tredecim vado firmo. Nauclerus noster de nobis sollicitus, Scapha & lintre in terram navigat, armatâ manu, ut Cocos adferret

quo

quorum in Insulis copia, at cum littus attingeret, Æthiopes in sylvâ se occuluerant, crudeliter sagittas in nos jaculabantur, ut sexdecim e socijs vulnerati fuerint, hic in brachio, alius in cruribus, ille per cervicem, quidam in manibus: quare nec nos immemores officij nostri, sclopos displosimus in totum cętum, hinc tormenta bellica minora, quibus continuis salutationibus tamen Indorum, a littore recessimus. Poli hic erat elevatio unius gradus, quinquaginta sex minutorum. 1616. Iulius.

Die 16. Manè, inter utramque Insulam navigatur anchora demittitur ad ulnas novem, ubi statio tuta: post meridiem Scapha & linter in Insulam minimam properant, ut Cocos sibi compararent, duas aut tres casas Æthiopum flammis absumpsimus, quare alterius Insulæ incolæ vociferabantur altis vocibus, at propius accedere non audebant, nonnullis enim tormentis bellicis majoribus per littus & sylvas iaculabamur, non sino magno strepitu, quare se in fugam Insulares conjecere, nec umquam prodiere postea. Sub vesperam nostri ad Navim redeunt, tantamque copiam Cocorum attulerunt, ut unicuique socio tres nuces offerrentur. Sub vesperam quidam Legatus ad nos mittitur, ut pacem iniret nobiscum, adferens piscum, qui socio cuidam in superiori velitatione fortè exciderat. Incolæ planè erant nudi, imo ne naturalia quidam tegebant.

Die 17. Summo manè duæ aut tres Canoę Æthiopibus onustæ ad nos recurrunt, Nuces Cocos in mare projiciebant ut æstu maris ad nos deferrentur, monstrabantque ut eas arriperemus, præludia ista erant pacis: nos verò illis significabamus ut Navim conscenderent: Tandem audaciores redditi, accedunt ad nos, tantum copiam Nucum, & Bananarum adferentes, quantam optaremus, quas omnes ex ambulacro funibus è Canois educebamus, of-

I ferebamus

1616. Iulius ferebamus ipſis clavos æruginoſos, cultellos ſitu abſumptos, & Corallia. Adferebant etiã nonnihil Zinziberis viridis, & radices fulveas, quarum uſus loco Croci. Mutabant etiam ſuas ſagittas, & arcus, ita ut tandem nos amicè tractarent.

Die 18. Frequens erat mutatio Bananarum & Cocorum, cum *Caſſavij* & *Papede*, quibus nec India Orientalis caret. Offerebant ſe nobis iſtic nonnullæ ollæ fictiles, quas ab Hiſpanis judicabamus allatas. Non illi tantopere flagrabant deſiderio videndi naves, ut ſuperiores, norant enim uſum tormentorum bellicorum, nomenque Inſulæ ſuæ prodebant *Moa*, quæ magis vergebat in Orientem, alia ex adverſo ſita, dicebatur *Inſou*: at extremam montoſam Inſulam, diſtantem quinque aut ſex miliaribus à Novâ Guineâ, dixere *Arimoa*.

Die 19. Maximam Inſulam noſtri adnavigant piſcandi gratiâ. Æthiopes eos amicè accipiebant, Sagenam mutuis operibus educebant, & Cocorum myriades offerebant. Multæ Canoæ ab Oriente ad nos advolabant, quarum nonnullæ immenſe magnitudinis, quare piſcatores noſtros in Navem revocamus. Hi monſtrabant ut tormenta bellica in illos exploderemus, at noſtri reſpondebant, nos id præſtaturos ſi vim nobis inferrent. Pacificè ad nos accedebant, tantamque copiam attulerunt, quantam petebamus Cocorum, & Bananarum, ut unicuique ſocio quinquaginta nuces darentur, duoque faſciculis Bananarum. His hominibus Caſſavij uſus erat loco panis, at non comparandus cum eo, qui in Indiâ Occidentali: pinſunt etiam forma liborum rotundorum.

Die 20. Vela fecimus ſub auroram, cùm multum commeatus mutaſſemus. Monſtrabant ut diutius hic hæreremus, adferrent plures fructus.

Die 21. Navigabatur juxta littus in *Corum*. In prandio

lio erat poli altitudo unius gradus,tredecim minutorum. 1616.
Apparebant nobis quamplurimæ Insulæ, quo nos æstus *Julius.*
gebat,easque sub prandium accessimus, anchoraque ibi
posita ad ulnas tredecim: sub cænam pluvia erat molesta,
omitibus tonitru, & fulgure.

Die 23. Summo manè vela pansa sunt,cælo sereno, &
vento moderato,cum discessemus nonnihil à littore, sex
Cahoæ subsequebantur nos (licet ne homines quidem in
littore conspecti essent) adferentes pisces arefactos, quos *Pisces arefacti, ut*
Bramas saxatiles judicabamus,Cocos,Bananas,Tabacum, *alia cibaria.*
& parvos fructus, ut pruna. Adferebant etiam nonnulli
Æthiopes ab aliâ Insulâ, quibus commeatum adferebant:
monstrabant nobis Porcelana vasa Chinensia, nam duo *Vasa Porcelana.*
mutabamus, at conjciebamus huc devenisse Christiano-
rum naves, cum & illas tantopere non desiderabant vide-
re. Aliud hoc genus erat hominum, colore fulvo,majo-
ri formâ, nonnulli alebant comam, quidam abraserant;
usus & ipsis erat arcuum, quos & mutabant nobiscum.
Appetentes erant Coralliorum, & ferramentorum, viri-
les,ceruleos,albos annulos vitreos,in auribus gestabant,
quos judicamus nactos esse ab Hispanis.

Die 24. Altitudo erat Poli semis gradus, vento lan-
guido,ibatur in Caurum,hinc in Occidentem, postea in
Africum,juxta littus magnæ,amænæ Insulæ, virentibus
arboribus consitæ, ei nomen dedimus Guilielmi Schou- *y. Gli. Scoutenij*
tenij Naucleri nostri,& promontorio Occidentali, pro- *Promontoriu' novu'*
montorium Bonæ spei (linguâ nostrâ *Caep van goede* *boni spei.*
Hope.)

Die 25. A sinistris multa terra apparuit, vergens à
nobis in Circium,quædam montosa, aliqua plana.

Die 26. Iterum apparebant Insulæ tres, ora hæc adhuc
vergebat in Caurum, & Hyperargesten.

Die 27. Altitudo erat novemdecim minutorum, à

 parte

1616. parte Meridionali Lineæ, multa terra ſe prodebat in Me-
Iulius ridiem, quædam ſcopuloſa, aliqua plana: legebamus littus currentes in Corum.

Die 28. Et vigeſimo nono, Cæli ſtatus eſt varius: inter utrumque diem noctu terruit nos terræmotus, ita ut ſocij omnes è lectulis exilirent acti, timore, videbatur navis vado illidi, bolis ſæpe ejcitur, fundum non deprehenditur.

Terræmotus

Die 30. In ſinum ingentem navigabatur, ita ut undique videbamur terrâ cincti, dabatur opera ut exitus deprehenderetur, ſed non reperiebatur, quare ibatur in Septentrionem. Eo die nos afflixit maximè horrible tonitru, & fulmen, ut navis tota horrore contremiſceret, nonnumquam videbatur planè incenſa, quod omnes perculit: hinc tanta pluvia ingruit, quanta unquam.

Horribile Tonitru et fulmen

Die 31. Deprehendimus nos quaſi in ſaccum navigaſſe, terra enim plane erat conjuncta, quare in Septentrionem ibatur: eâ veſperâ ſecundo ſublapſi ſumus Lineam Æquinoctialem, cumque non longè à littore abeſſemus, anchora jacitur ad ulnas duodecim vado tuto, cum diſtaremus jactum tormenti majoris ab Inſulâ, quæ ſita erat juxta oram terræ firmæ, at nullos homines hic deprehendimus, nec ulla impedimenta.

Auguſtus Calendis *Auguſti*, levatur anchora magno labore, cum ſcopulo affixa eſſet, mediamque mauum reliquimus in fundo. Poli erat elevatio quindecim minutorum, à parte Septentrionali Lineæ Æquinoctialis. Sub veſperum acti vi æſtus marini, prope terram navigabamus, jacitur anchora ita jubente aeris tranquillitate. Vadum erat inæquale, nec profundum.

Die 2. Malacia erat moleſta, agebamur fluxu maris in Occidentem, & Meſargeſten, cælo pluvioſo.

Die 3. Curſus qui antea, cum tranquillitate, poſt prandium

dium deprehensus est pulvinus,ita remotus à terrâ,ut vix 1616.
videri posset, vadum tentabant ad ulnas quadraginta , vi- *Augustus*
ginti, quindecim, & duodecim, arenosum erat. Iacitur anchora ad ulnas duodecim,quod nox instaret:& Nauclerus investigabat quo æstus vergeret, notavit ferri in Lipafricum. Eo die elevatio erat Poli quadraginta quinque minutorum , à parte Septentrionali Lineæ Æquinoctialis : Incidimus etiam in nonnullas Balænas , & Testudines. *Balænæ et Testudines.*
Conjciebamus ex Poli altitudine , nos superasse terram *Novæ Guineæ*, cum juxta oram ejus navigissemus ducenta octaginta miliaria. Eodem die apparuere nobis duæ Insulæ in Occidentem.

Die 4. Varjus erat ventus, cursus in Africum , pluvia non placebat , cælo nubiloso, fluxus hic in Occidentem, conspeximus eo die septem aut octo Insulas, quare de nocte languidè navigabatur, ne in eas incideremus.

Die 5. Sole orto, ferebamur malaciâ, varij venti, cursus in Meridiem,& Vulturnum,cælo pluvioso, vento languido,cumque ventus nobis esset adversus, in terram ibamus quam pridie judicaramus Insulas esse,accedentes,vadum tentamus,non attingitur , ideo Scapha demittitur , vadumque deprehensum ad ulnas quadraginta quinque, prope littus. Scaphâ ad littus properante , vidimus primum duas , postea tres Canoas à littore discedentes , in Scapham nostram remigabant , accedentes signum pacis ostendebant, sic & nostri , in navem properant. Canoæ cum nostris advolant , & Navem accedunt at nihil adferebant præter speciem quandam Indicarum fabarum , & pisorum, quid orizæ, Tabaci, & duas Paradisi aves , quarum *Aves Paradisi.*
unam mutavimus, albo & luteo colore tinctam. Hosce aliquo modo intelligebamus , linguâ enim pænè Ternatana utebantur,quidam ex illis Maleiâ loquebatur , quam callebat optimè noster Moderator Celocis Andreas Ni-

1616. colaj. Nec lingna Hiſpanica erat ipſis peregrina: & pi-
Auguſtus leus Hiſpanicus apud eos conſpiciebatur. Veſtitus eorum erant tegumenta nonnulla medio corporis circumjecta, quidam ſericis braccis erant ornati variegatis, Tiaræ nonnullis erant in capitibus, quos dicebant relligione eſſe Turcas, quibuſdam in digitis fulgebant argentej & aurej annuli, at coma omnibus nigra. Mutabant ſuas merces Corallijs videbantur magis expetere pannos linteos, erant meticuloſi. Rogabatur quam regionem inhabitarent, nolebant aperire, inde colligebatur, ut & ex circumſtantijs quamplurimis, nos ſuperaſſe partem Orientalem Gilolo, ad medium ramum uſque (cum ſe tribus brachijs extendat in Orientem: ipſos vero eſſe incolas & Inſulæ *Tidor*, amicos Hiſpanorum, ut poſtea dedicimus, quare & nos gaudebamus, poſt multa & pericula & caſus jam ea loca deveniſſe, quę nobis erant cognita, & brevi acceſſuros noſtrates, quod toties à nobis deſideratum. Aura levior nos impulit mox, ſub littus poſita anchora, ad tormenti bellici minoris jactum à terrâ, ad ulnas quadraginta, tunc Cocos, reliquoſque fructus nobis obtulere. Monebant nos de non fidâ ſtatione, ut & verum erat, ſub veſperam enim invaleſcebat ventus, & anchoræ erant infideles. Sub noctem nos deſerunt Canoæ, promittunt poſtridie Gallinas. Eo die tertium navigabatur ſub Lineâ Æquinoctiali.

Habitatores y. of Tidor.

Die 6. Summo manè, Inſulares ad nos excurrunt, adferentes nonnihil Tabaci, & vaſa Porcelana, at cum Æolus nobis faveret, flante Euronoto, nec ſtatio ſatis fida, levatur anchora ut iter in *Moluccas* promoveretur, ibatur in Septentrionem, progreſſu non pænitendo, ut pars Septentrionalis *Gilolo* ſuperaretur.

Tabacus et vasa Porcelana.

Die 7. Pluvia vehemens ingruit, Poſt prandium apparujt promontorium in Caurum, dictum *Moratay*, diſſi-

diffidebat à nobis in Africum.

Die 8. In prandio Poli erat altitudo quatuor graduum, trium minutorum, à parte Septentrionali Lineæ Æquinoctialis: De nocte etiam pluvia erat molesta, cum tonitru & fulmine, Notabatur hic æstum maris ferri in Septentrionem. Æstus Maris tendebat in septentrionem.

Die nono, & decimo. Venti varij, cælo pluvioso. Poli elevatio in prandio trium graduum, quinquaginta minutorum.

Die 11. Sole orto, apparuit iterum terra, ea parte *Gilolo* quâ spectat Arctapelioten: dicitur *Morataij*. Conabamur eo labi, at æstus maris nos reppulit in Septentrionem, ut eo die non poterat superarj.

Die 12. Et decimo tertio, Altitudo erat Poli duorum graduum, quinquaginta octo minutorum, varijs ventis agitabamur, & pluvia nos vexabat, ut & decimoquarto, decimoquinto, & decimosexto.

Die 17. Non minimo labore oram istam superavimus, sub vesperam duæ Canoæ occurrunt, offerentes pacis signa, à pago *Soppy* erant *Ternatenses*, ut sermo eorum à nostris intelligeretur, nonnulli erant ex *Gammacanor*, referebant nobis *Celocem* Amsterodamemensem *Pavonem* dictam hæsisse istic tres menses, ut oryzam sibi compararet, quâ adimpleta fuit. Ante mensem unum aut alterum navem quandam Anglorum lustrasse ea loca. Quantopere nos hæc nuncia nos recrearint, & nos ad ea loca devenisse, quæ non longè à popularibus nostris diffidebant quanto nobis fuerit gaudio, post tot pericula, & labores octoginta viris bene valentibus, nec certa esset prandij, & cœnæ hora, judicent illi quos casus par afflixit. Hic poli nobis altitudo duorum graduum, quadraginta septem minutorum, anchoraque vesperi jacitur ad ulnas viginti octo. Nonnulli ex Insularibus hærebant apud nos eâ

Ternatenses.

Gaudium maximum Batavorum.

1616. nocte, ut poſtridie nos ducerent ad ſtationem in *Soppy.*
Auguſtus Die 19. Illapſi ſumus in Sinum, vadoque arenoſo ad ulnas decem demiſſa eſt anchora: ad jactum tormenti bellici minoris à littore. Eo die mutabamus nonnihil *Sagou*, aliquas Gallinas, tres aut quatuor teſtudines, & nonnihil Oryzæ.

Die 20. Multum Oryzæ mutabamus, & copiam *Sagou*, pannis lintejs, Corallijs, cultellis, ſpeculis, pectinibus. Acceſſit *Correcor* quidam ut ſibi proſpiceret de Oryzâ, & Sagou, à *Rege* Ternatenſi miſſus, narrat is nobis viginti naves tam Hollandorum quam Anglorum hærere juxta Inſulā *Ternati*, ibique diſcurrere, imo jam octo in *Manillas* navigaſſe, quatuor Anglorum, totidemque Batavorum: Piſcatio hic erat felix.

Die vigeſimo primo, ſecundo, tertio, quarto eramus occupati mutatione Sagou, & oryzæ menſurâ parvâ.

Die 23. Poſtremus vini hauſtus à ſocijs ſumitur.

Die 25. Sub veſperam navigabatur, cum multum Sagou, & quatuor vaſa oryzâ adimpleta nobis comparaſſemus.

Subſequentibus hiſce diebns, uſque in quintum Septembris, adverſi venti nobis erant moleſti, tranquillitates etiam aeris quandoque: aliquando tempeſtates ingruebant, ut maximis laboribus hæc ora legeretur, varijs curſibus navigabatur, ſæpiſſimè uno die anchora demittitur; iterum vela panduntur, at ſpe brevi perveniendi in *Ternati*, & conveniendi noſtros populares, devorabamus omnia hæc tædia.

Die 5. Cum in oris *Gilolo* poſita eſſet anchora, noſtr piſcatum abibant, cum occupati erant in ſubducendâ Sa genâ, quatuor Ternatenſes ecce proſiliunt e ſylvâ, armat gladijs & clypeis, ut noſtros trucidarent, at barbjtonſo

caſ

ısu vocabat *Oran Hollandi*, quare destitere statim à pro- *1616.*
ositο, capita aquis aspergentes, affirmabant se judicasse *Septēber*
os fuisse Castilianos, Nostri eos in Navim nostram du-
unt, donabamus eos Corallijs quare promiserunt se alla-
uros quicquid optaremus. Dicebant se venisse à *Gamma-
anor*, à quo aberamus quinque aut sex miliaribus.

Die 6. Et septimo: nobis tranquillitas aëris non place-
bat, & venti contrarij, sæpe levatur anchora, vela promun-
ur, varij cursus fiunt, ut iter absolveremus tædiosissimum,
t omnis labor irritus erat.

Die 8. Non levatur anchora ita jubentibus ventis ad-
is noster Moderator summus, cum legato *Celocis*, Scaphâ
ptimè armatâ in *Gammacanor* properant, ut alimenta
omparerent. Ora à *Soppy*, in *Gammacanor* vergit in Afri-
um, & Arctapelioten, multis anfractibus & sinibus, æstus
ic maris vergebat in Septentrionem.

Die nono, & decimo, interdicebant nobis venti con-
rarij navigationem, ut & undecimo, tum redit Scapha,
ec *Gammacanor* viderant, cum ipsis non esset prospectum
le cibo in iter longinquum, at pagum *Lolodam* subierant,
listantem à navi nostrâ decem miliaribus, ubi nacti sunt
Bananas aliquas, quarum istic abundantia. Narrabatur
b Incolis Batavos, cum Ternatanjs Insulam *Siauw* inva-
isse, sitam in itinere in *Manillas*; navesque tredecim in
Ternati stare.

Die 12. Nauclerus noster, & Andreas Nicolajdes, octo-
lecim comitibus armati in *Ternati* navigant, distantes ab
a viginti quinque miliaribus, at navis nostra hæsit suo lo-
co, ita mandantibus ventis adversis.

Die 13. Adhuc displicebat malacia: nostri piscatum
abeunt, quos tres Rustici adoriuntur, offerentes ipsis tres Tres Apri canib[us] uenati.
Apros, quos canibus se venatos esse dicebant, pretio oblato,
nobis cibus erant gratus.

1616. September Die 14. Post prandium, vento leviter flante, vela pandimus, mox oboritur tranquillitas, ita ut totum diem civilem transigebamus superando miliaria duo, & semi.

Die 15. Aura levior nos impellebat, totus dies civilis elapsus navigatione quatuor miliariorum, cælo sereno.

Die 16. Accessimus *Gammaçaner*, videbamus *Ternate*, & *Tidor*, pænè contiguas, ostendebant duos montes, in Meridiem distantes à nobis duodecim miliaria.

Die 17. Ventus erat fervidior, ut opera daretur superandi *Tarnate*, sub auroram apparebat velum à prorâ, quod etiam in *Ternate* properabat, erat Navis Lucifer dicta, Rotterodamensis, centum & quinquaginta onera ferens, armata viginti sex tormentis bellicis levioribus; In prandio deserebat Scapha eam navem, in quâ triduum hæserant socij, cum deprehendissent eam in sinu *Sabou*. In eâ erat *Thalaßiarchus Verhaghen*, erat ex navibus *Speilbergij*, ex socijs vero ejus intelleximus, *Celocem* ipsius minimam aufugisse, cum esset in Freto *Magellanico*, quod duorum mensium spatio tranarat: In flumine Spiritus Sancti, ad oras *Brasiliæ* tres Scaphas socijs onustas perijsse; Vrbem *Payta* ab eo vastatam; bellum navale commissum inter eum, & octo naves Hispanas, tres Neptunum absorpsisse, *Thalaßiarchi*, & vicarij ipsius, & cujusdam Præfecti, fere nostris omnibus illęsis, eum evasisse sine prædâ ullâ: *Limam* accessisse, multos sinus subijsse, quibus Hispanorum naves erant subductæ, uno quadraginta esse deprehensas, at nihil effectum: hinc ab oris Hispaniæ novæ, per *Manillas* in *Indiam Orientalem* navigasse: mox in patriam redijsse cum Navarcho *Iohanne Cornelij Antropophago*, & quatuor navibus: dictis *Amstelodamum, insigne urbis Amsterodami*, *Zee-*

Mercius ~~Augustus~~ de Navibus Battavorum in India occidentali

Zelandia, & *Middelburgum*. Narrabant etiam decem optimè armatas naves in *Manillas* abijſſe, quibus præerat *Iohannes Rodrigo Lam, Hornanus*, defecturus claſſem Hiſpanorum in *Ternati* cogitantem. Addebant & illud, *Petrum Bot* quatuor navibus in patriam navigantem, tribus navibus ad Inſulam *Mauritium* naufragium paſſum proprij corporis & ſociorum pænè omnium, vi tempeſtatis inauditę, at ſolam unam ſervatam. Sub veſperam poſita eſt anchora ante *Maleiam*, in *Ternati*, ad ulnas undecim vado arenoſo, gaudentes nos populares nobis chariſſimos acceſſiſſe. Nauclerus noſter & Moderator in terram properant, ut convenirent *Dictatorem Laurentium Reael*, qui ſucceſſerat Dictatorj *Gerhartio Reynſt*, honorificè profecto excepit eos, pro innatâ ipſius humanitate: ei adderant *Archithalaſſus Stephanus Verhagen*, & *Gubernator Amboinæ Caſparus Iohannides*, & totus Senatus *Indiæ*. *1616. September*

Die 18. Moderator ſummus, & Nauclerus in terram properant, utramque Scapham vendunt, quatuor tormentis bellicis minoribus *Celocis* adjunctis, aliquid plumbi, duos rudentes, novem anchoras, & reliqua in uſum nauticum neceſſaria, recipientes mille trecenta quinquaginta numiſmata Regalia (quæ nobis *Realen van achten* dicuntur.)

Die 19. Vigeſimo, vigeſimo primo, ſecundo, tertio, eodem loco hæſimus.

Die 24. Vndecim viri, & quatuor Adoleſcentes petierunt à Nauclero noſtro: *Guilielmo Cornelij Schoutonio* ut demitterentur, cum animus ipſis eſſet diutius hærere in *India*, operaſque ſuas elocare Præfectis Societatis Indiæ, quod conceſſit, urgente *Dictatore Realio*.

Die 20. Diſceſſimus à *Dictatore Laurentio Reael*, qui nos pro humanitate Batavâ humaniſſimè exceperat, ducebatque Præfectus noſtros vexillis expanſis ad navem an-

1616. choraque levatur, comite navi *Lucifero*, qui vigeſimo ſe-
Septẽber cundo ſtationi noſtræ ſe junxerat, in *Motir* properans, at nos in *Bantam*. Recepimus in navem noſtram Moderatorem Luciferi, & famulum *Dictatoris*, in cujus gratiam tranſacta omnia.

Die 27. Aſpeximus *Tidor*, & navis *Lucifer* dicta à nobis diſceſſit, in *Motir*.

Die 28. Salutabamus *Motir*, & *Makian*, & *Caiou*, & *Bakiam*, eo die quartum ſublapſi ſumus *Lineam Æquinoctialem*.

October. Die 2. *Octobris* aſpexit nos *Loga Combella*, & *Manipa* in *Zeira*, & tertio vidimus *Burro*.

Die 6. Superavimus *Botton*, & *Combeſſecabinco*, at ſeptimo vidimus *Cabona*.

Die 8. Præterlapſi ſumus anguſtias *Bugarones*, intra promontorium Auſtrale de *Celebes*, & *Deſolaſo*.

Die 13. Conſpecta eſt nobis Inſula *Madura* ſub veſperam, at decimoquarto ſummo manè vidimus *Iavam*, ſalutantes *Tuban*.

In Iapara omnium commeatuum est affluentia. Die 16. In prandio appulimus *Iaparam*, jacta ibi anchora, incidentes in Navem *Hollandiam*, Amſterodamenſem, quæ ibi hærebat ut Oryzam ſibi compararet, atque ad *Ternatanos* deferret. Hic omnium commeatuum eſt affluentia, vilique pretio comparatur. Et nos nobis de oryzâ, *Araco*, carne & piſcibus, reliquiſque neceſſarijs proſpeximus, in iter domum verſus.

quot homines perierint in hac tam longa navigatione. Die 23. Levantur anchoræ, at die vigeſimo octavo *Iacatram* appulimus, ponitur anchora extra Inſulas: incidimus iſtic in tres Naves Hollandas: titulo Hornæ, Aquilæ, & Fidei: & tres Anglorum. Eâ nocte fatis ceſſit ſocius quidam navalis, hic primus erat qui in navi magna *Concordia* dictâ, hoc toto itinere objerat: at in Celoce duo objerant, *Iohannes Cornelij Schoutenius*, Naucleri noſtri frater,

in

in mari Auſtrali, juxta Inſulam Canum, alter juxta oras *Portugalliæ:* ſic tres nobis perierunt: Reſtabamus octoginta quatuor viri incolumes. *1617. October.*

Die 31. Incidit in nos ante *Iacatram* navis dicta *Bantam*, quæ ferebat *Præſidem* ſocietatis, *Iohannem Petri Coenen*, *Hornanum.*

Calendis *Novembris.* Præſes *Iohannes Coenen*, juſſit acceſi Nauclerum noſtrum *Guilielmum Cornelij, Schoutenium*, cum Moderatoribus: accedunt, Declarat præſente toto *Senatu*, ſibi eſſe in mandatis à Præfectis Societatis *Indiæ*, ut Navim noſtram, omneſque merces detineret, at Nauclerus noſter, huic mandato ſe opponit, conqueritur vim ſibi inferri, ſi in propoſito perſiſteret, tandem paruit coactus, tamen addebat Præſes, ſi videretur nobis quid præter fas accidere, totum negotium diſceptatum iri in patriâ: ſic deſeritur à nobis Navis noſtra, & merces omnes: at ordine omnia fiunt: A Præſide duo conſtituuntur Naucleri, qui de pretio navis, rerumque navalium tractarent nobiſcum, de pretio mercium duo Summi Mercatores, eâque omnia à Nauclero noſtro, & ſummo moderatore in Commentarium redacta, ijs tradebantur. Hæc acta ſunt die Lunæ, calendis Novembris noſtro calculo, at ſecundo die juxta calculum noſtratium. Cauſa hęc differentiæ. Cum à patriâ navigaſſemus in Occidentem, & comite Sole ſemel totum terrarum obambulaveramus, una nox, aut Solis occaſus unus deerat nobis, qui ipſis reſtabat: & illi qui ab Occidente in Orientem navigarant, ijs ſupererat unus dies, aut Solis occaſus unus, qui nobis deerat, ita differebamus ab illis totum diem civilem. Intermiſſo itaque calculo noſtro, ſecuti ſumus computationem Popularium noſtrorum, fecimuſque jacturam diei Martis; cum hebdomas eſſet ſex dierum, tranſiliendo à die *Lunæ*, in diem Mercurij. *November*

In hoc navigatione defuit dies unus et ijs qui contrarium cursum tenuerunt superfuit dies unus.

 Deſti-

1616. Destituti sic navi nostrâ, nonnulli sociorum se popu-
Novẽber laribus nostris adjungebant: reliqui se committebant navibus duabus in patriam redeuntibus. Alteri præerat *Georgius Speilbergen*, dictę Amsterodamum: huic noster Nauclerus *Guilielmus Cornelij Schoutenius*, & *Iacobus* le *Maire*, comitibus decem socijs, se committunt: Navarchus erat navis hujus *Iohannes Cornelij May*: Antropophagos. Alteri Navarchus erat *Cornelius Riemlandt Middelburgensis*, huic se crediderunt *Andreas Nicolaides*, & *Nicolaus Petri Rector*, comitibus decem socijs: huic navi nomen erat Zeelandia. Reliquimus *Bantam* decimoquarto Decembris.

Die 31. Ad superos migravit noster *Moderator summus*, *Iacobus* le *Maire*.

1617. *Ianuarij.* Ianuarij Calendis Navis Zeelandia aberravit à nobis.

Die 24. Posuimus anchoram ante Insulam *Mauritium*, refecimus hic nos ex sententiâ nostra, trigesimo vero alto nos commisimus.

Martius. Die 6. Martij, Superavimus Promontorium Bonæ spei, quantum conjecturâ licuit assequi, non enim sub aspectum nostrum cadebat.

Die 31. Incidimus in Insulam Divæ *Helenæ*, incidimusque ibi in navem dictam Zeelandiam, quæ aberrarat à nobis.

Aprilis. Die 6. Aprilis, cum nos refecissemus, & de aquâ prospectum esset, mari nos commisimus, at decimoquarto apparuit Insula *Ascencion*.


Die 23. Apparuere nobis duæ naves à dextris, sub altitudine Polj unius gradus, à parte Meridionali Lineæ Æquinoctialis, at cum à nobis superari non possent, ibamus rectâ in patriam.

Die 24. Sub auroram quintum navigabamus sub lineâ Æquinoctionalj: at vigesimo octavo apparujt nobis Polus Articus, quẽ viginti mensium spatio nõ videramus.

spacio viginti mensium non viderunt polum Articum. Calen-

Calendis Iulij: Appulit navis Amſterodamum, in Zee- *1617.*
landiam, cum pride appuliſſet navis Zeelandia dicta. Ab- *Iulijus*
ſolvimus itaque iter hoc noſtrum laboriſſimum, & peri-
culoſiſſimum, duobus annis, & octodecim diebus: Laus *Deo*
cui honos & gloria in ſecula ſeculorum.

FINIS.




Caarte van Nova Guinea.
nieulijck inden iare 1616.
bezeijlt, ende beschreven door
Willem Schouten van Hoorn
Description de la coste septentrionale de Nova Guinea.
nouvellement decouvert par
Guillaume Schouten de Hoorn.
Novæ Guineæ Tabula,
novissime lustratæ &
conscripte à Wilhelmo
Schouten Hermano Batavo.
Moluccæ Insulæ
Gilolo
Zeram insu.
Amboina
Banda
Linea Æquinoctialis
180
170
Willem Schouten Eylandt
I. Arimoa
I. Moa
I. Insou
Nova Guinea
Hooge hoeck
Cornelis Kniersz b.
Vulcanus oft Brandende bergh
Hooge Berg
Hooch landt
Leegh landt
Clals Pietersz bay
Hooch landt
De Groene Eylanden
S. Ians Eylanden
Scala Latitudinis



M
L
N
A
E
F
C
B
D
H
K
I




Caarte vande Zuijdzee vertonende wat wech Willem Schouten door de zelve gezeijlt, en wat landen en eijlanden bij hem aldaer gevonden zijn
Description de la grande Mer de Sud, monstrant par quel chemin Guillaume Schouten est navigé, et quelles isles et terres par luij sont descouvertes en icelle
Tabula Hydrographica Maris Australis vulgo del Zur, ductum navigationis Wilhelmi Schouten et terras ac insulas ab eo ibidem detectas demonstrans
Linea Æquinoctialis
Tropicus Capricorni
Scala Latitudinis
Moluccæ
I. Gilolo
Nova Guinea
Banda
Willem Schouten Eylandt
S. Jans Eylant
Groote Eylandt
Willem Schouten Wech
Hoornse Eylanden
Cocos Eylandt
Eylant van goede hope
Verraders Eylant
Waterlandt
Vliegen Eylandt
Eylandt sonder grondt
Honden Eylant
Trac ou chemin de Guillaume Schouten
I. Galopeges
R. S. Ian
La Puna
C. Blanco
P. del Laguia
Truxillo
Ganape
Callo de Lima
Lima al. Cidad de los Reyes
La Nasca
Arequipa
PERV
Arica
Mor Moreno
S. Philippo
Copiapo
La Servana
Eylandt van Ian Fernando
La Conception
S. Maria
La Mocha
Arauco
Tucapel
Baldivia
I. Chilve
CHILI
Porto desire
Navigationes Wilhelmi Schouten ductus
C. Virgine
Fretum Magellanicum
Straet van la Maire
Staten landt
Eylanden van Barnevelt
C. Hoorn






H T